DE

CODICUM PLATONICORUM AUCTORITATE.

DISSERTATIO

QUAM

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINI

ACADEMIAE GEORGIAE AUGUSTAE

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES CAPESSENDOS

PROPOSUIT

ALBRECHT JORDAN.

LIPSIAE
TYPIS B. G. TEUBNERI
MDCCCLXXIV.

Paginarum numeri sunt supplementi septimi annalium philologicorum.

HERMANNO SAUPPE

D · D · D ·

Dissertationem, quae sequitur, diu iam conscripseram, cum Sauppii simul et Wachsmuthii benevolentia factum est, ut Schanzii opusculum novissimum, „Studien zur Geschichte des Platonischen Textes" (Würzburg 1874) acciperem, quo eadem fere tractavit, quae ego. Cur mea post Schanzium edere non dubitaverim, res ipsa docebit. Quae Schanzii opere perlecto addenda putavi uncis [ ] inclusi. Alia, in quibus Schanzius mecum consentit, aut quae rectius perspexit, omisi. Quid ceterum de Schanzii libro iudicem, alio loco proponam.

Si lectiones e codicibus manuscriptis Platonis opera continentibus ab hominibus doctis enotatas, imprimis autem si J. Bekkeri collationes, quibus distinctiores et planiores nullas, diligentiores paucissimas habemus, perscrutamur, fugere nos non potest, esse codices, qui cum easdem fere semper lectionum varietates praebeant, societate quadam inter se coniungi videantur. Si, ut exempla afferam, quas ad Cratylum ille adnotavit lectionum diversitates inspicimus, codices 𝔄ΔΠ et ΣΥΞ saepissime inter se congruere et a codicibus ΓBCE FHlm non minus inter se consentientibus discrepare invenimus; sic in Philebo codices 𝔄ΔΠ a ceteris ΓΛBCEFHw et ΣΞ non raro differre videmus. Ac ceteris quoque priorum VI tetralogiarum — nam de his hoc loco agere placet — dialogis perlustratis eosdem in omnibus codices inter se vel consentire vel dissentire facile intellegimus. Atque ita quidem hae dissensiones et consensiones comparatae sunt, ut tribus familiis codices adhuc collati contineri videantur. Ad quarum primam, quam familiam α vocamus, praeter alios codices 𝔄, ΔΘ (= Vatic. Stallb.), Π (= Venet. 2 Stallb.), ad alteram (β) codices BCEFΛ, ad tertiam (ξ) Venetus Σ (et Ξ) et Vindobonensis Υ (= Vindob. 2 Stallb.) referendi sunt. E codicibus, quorum lectiones in farraginem suam contulit Stallbaumius, primae Vindobonensem LIV (Vindob. 1 apud Stallb. cfr. de eo Schanz. Euthyd. p. VII) et Tubingensem, alteri Florentinos a b c i, tertiae Zittaviensem adnumerandum esse h. l. addidisse satis habeo [1]).

1) Quod non omnes hic enumeravi, eius rei facile veniam me impetraturum esse spero, ab iis, qui centum fere codices ad priores VI tetralogias collatos esse non ignorant, et quanto opere haec moles perspicuitati obstet, secum reputaverint.

Huius cognationis hae lacunae testes sunt:

Euthyphr. (tetral. I, 1) 366, 1 Bekk. (= 8 D Steph.) ὡς οὐ τὸν ἀδικοῦντα δεῖ διδόναι δίκην· ἀλλ᾽ ἐκεῖνο ἴσως ἀμφισβητοῦσι om. 𝔄ΨS et pr. Π; Δ non collatus. [Ex Schanzii, qui primus huius codicis lectiones ad Euthyphr. accurate enotavit, Studien p. 72 discimus in eo hanc lacunam non inesse.]

Crito. (I, 3) 151, 7 (47, A) οὐδὲ πάντων ἀλλὰ τῶν μέν, τῶν δ᾽ οὔ „om. ΠΨDS in mg. habet 𝔄" (Bekk.), quibus Stallb. addit Flor. d., Δ non collatus.

Theaet. (II, 2) 318, v. 3—21 (208, D) om. 𝔄ΔΠ, non omittit, ut intercedente Sauppio ab H. Hinckio certior factus sum, Vaticanus r.

Phileb. (III, 2) 225, 11 (54, C) ξύμπασαν δὲ γένεσιν οὐσίας ἕνεκα γίγνεσθαι om. 𝔄ΔΠ (= familiae α codd. a Bekkero ad hunc dialogum collati).

Politic. (III, 4) 312, 23 (287, E) καὶ ἐμπύροις καὶ ἀπύροις om. 𝔄ΔΠ (= fam. α Bekk.).

Alcibiad. I. (IV, 1) 303, 10 (105, E) ἐνδείξασθαι, ὅτι αὐτῇ παντὸς ἄξιος εἶ, ἐνδειξάμενος δὲ οὐδέν, ὅτι οὐ παραυτίκα δυνήσεσθαι om. 𝔄ΔΠ (= α Bekk.) ibid. 370, 6 (134, B) οὐκ ἄρ᾽ οἷόν τε, ἐὰν μή τις σώφρων καὶ ἀγαθὸς ᾖ, εὐδαίμονα εἶναι. ΑΛ. οὐχ οἷόν τε. ΣΩ. Οἱ ἄρα κακοὶ τῶν ἀνθρώπων ἄθλιοι. ΑΛ. σφόδρα γε om. 𝔄Δ pr. Π.

Alc. II. (IV, 2) 283, 21 (144, B) οὐκ ἄν μοι δοκῶ om. 𝔄ΔΠG (= fam. α Bekk.).

Hipparch. (IV, 3) 236, 11 (227, D) εἶναι ὠφελεῖσθαι. ΕΤ. Τί οὖν δὴ τοῦτο; ΣΩ. Ὅτι καὶ τόδε αὐτῷ προσωμολογήσαμεν om. ΠGw, in mg. habet 𝔄. (Δ?).

Protag. (VI, 2) inde a p. 186 complures lacunae in 𝔄 et Θ inveniuntur: 186, 18; 186, 19; 187, 10, 11 etc. Π sexta tetral. caret.

Gorg. (VI, 3) 80, 13 (483, A) αἴσχιον λέγοντος σὺ τὸν νόμον om. 𝔄ΔΦ (= fam. α Bekk.) et e Stallbaumianis Vindob. 1 (et Vindob. 6 = Φ).

Theaet. (II, 2) 250, 12 (177, E) μὴ λεγέτω τὸ ὄνομα, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα, ὃ ὀνομαζόμενον θεωρεῖται om. ΓΛBCEFH Flor. abci (= fam. β).

Phileb. (III, 2) 246, 12 (64, B) ἄρξων καλῶς ἐμψύχου σώματος om. ΓΛΞΣBCEHw pr. F Flor. abci Palat. (= fam. β et ξ).

Phaedr. (III, 4) 97, 1 (274, E) ἃ λόγος πολὺς ἂν εἴη διελθεῖν om. ΓBEG Flor. a b c i, in mg. apponunt CF. Λ initium tantum Phaedri usque ad 53, 2 continet, cfr. ibid. 90, 21 (271, D), ubi οἱ δὲ τοιοίδε διὰ τάδε δυσπειθεῖς om. ΓBCH Flor. a b c i.

Alc. I. (IV, 1) 318, 4 (111, E) καὶ ἀδίκων omittunt, si Bekkero fides, omnes praeter 𝔄ΔΠ (= fam. α Bekk.).

Menon. (VI, 4) 327, 8 (71, C) ἀνάμνησον οὖν με πῶς ἔλεγεν om. ΓBCEFr (= fam. β Bekk. ΛΙΧ non coll. Stallb. tacet).

Soph. (II, 2) 152, 6 (228, E) καὶ ἀδικίαν om. ΣΥ.

Politic. (II, 4) 309, 17 (286, B) τὴν τοῦ cοφιcτοῦ περὶ τῆc τοῦ μὴ ὄντοc οὐcίαc, ἐννοοῦντεc ὡc ἔcχε μῆκοc πλέον καὶ ἐπὶ τούτοιc δὴ om. ΣΥ, cfr. 338, 13. 352, 2.

Gorg. (VI, 3) 15, 10 (452, D) εἶναι τοῖc ἀνθρώποιc omittunt omnes praeter ΣΥ.

Menon. (VI, 4) 351, 19 εἰπεῖν — 355, 7 οὔ om. ΣΥ, cfr. 363, 13—14. 376, 8—10. 381, 10—11. 384, 5—6. 384, 21—22 (+ pr. Ξ) etc.

Ut lectionibus idem, quod modo lacunis probare studui, demonstrem, e. g. Phaedrum affero, in quo codices 𝔄ΔΠΦ[1])GT (= fam. *α*) (et codices Hermiae commentarium continentes DNO et P, qui initium capit a pag. 46, 13) ceteris saepissime adversantur: 15, 16 γενόμενοι *α*; γενομένῳ *β*ξ. — 17, 14 δικαιοῦν *α*, καὶ δὴ οὖν *β*ξ. 20, 1 εἰπόντοc *α*, εἰπὼν τῶν *β*ξ. — 20, 18 βίαc *α*, βίαν *β*ξ. — 22, 19 εἶχε *α*, ἔχει *β*ξ. — 23, 13 πολυμελέc *α*, πολυμερὲc *β*ξ. — 25, 1 κἂν *α*, ἂν *β*ξ. — 27, 16 ἄοικον *α* (𝔄?), οἶκον *β*ξ. — 29, 3 νήφοντεc *α*, νήφοντοc *β*ξ. — 31, 14 ἤδη *α*, ἢ δὴ *β*ξ. — 32, 16 ἀμβλακὼν *α*, ἀμπλακὼν *β*ξ. — 33, 10 εἴτε *α* (𝔄?), ἔτι τε *β*ξ. — 33, 11 μήτε *α*, μηδὲ *β*ξ. — 35, 10 τοῦτο *α*, τούτου *β*ξ. — 35, 17 λεκτέοc om. *α*, add. *β*ξ. — 36, 5 ἐν θεοῖc *α*, ἐν θέῳ *β*ξ. — 37, 19 τοι *α*, cοι *β*ξ. — 39, 19 καὶ ante πάντεc add. *α*, om. *β*ξ. — ibid. τε ante ἀγαθοὶ om. *α*, add. *β*ξ. — 40, 5 τε om. *α*, add. *β*ξ. — 8 πάντα *α*, ἅπαντα *β*ξ. — 14 εἰδότεc *α*, ἰδόντεc *β*ξ. — 15 τὸ *α*, τι *β*ξ etc.

His locis igitur familia *α* opposita est codicibus ΓΛBCEFHr (= fam. *β*) et Veneto Σ (= fam. ξ).

Aliis locis iisque non paucioribus Σ cum familia *α* consentit (i. e. aut omnibus huius familiae codicibus aut certe plerisque atque vetustissimis): 8, 13 θηρίον τυγχάνω *α*ξ, θηρίον ὂν τυγχάνω *β*. — 11, 15 ἡγήcαιντο *α*ξ, ἡγήcωνται *β*. — 12, 21 ἂν add. *α*ξ, om. *β*. — 13, 6 cεαυτοῦ *α*ξ, cαυτοῦ *β*. — 13, 16 αὑτοῖc εἰ ἔτι *α*ξ, εἰ ἔτι αὑτοῖc *β* (?). — 15, 14 προcερῶcι *α*ξ, ἐρῶcι *β*. — 16, 7 μὲν *α*ξ, δὲ *β*. — 23, 17 κεκτῆcθαι *α*ξ, κεκλῆcθαι *β*. — ibid. τε λόγου τοῦ *α*ξ, λόγου τε τοῦ *β*. — 24, 8 ἑαυτῇ *α*ξ, ἑαυτῆc *β*. — 26, 6 βλαβερώτεροc *α*ξ (𝔄?), βλαβερώτατοc *β*. — 27, 6 γε *α*ξ, δὲ *β*. — 27, 8 καὶ om. *α*ξ (ΔΠ?), add. *β*. — 28, 12 ἑκὼν ἀπολείπεται *α*ξ, ἀπολείπεται ἑκὼν *β*. — 29, 9 γ' om. *α*ξ, add. *β*. — 29, 10 οὖcαν om. *α*ξ, add. *β*. — 29, 16 οὔτ' εἰ *α*ξ, ὅτι *β*. — 30, 3 ἐπιθειάζων *α*ξ, ἐπιθεάζων *β*. — 30, 17 ἀλλ' ἤδη *α*ξ, ἀλλὰ δὴ *β*. — 31, 10 κἀγὼ *α*ξ, καὶ ἐγὼ *β*. — 31, 19 om. λόγων *α*ξ, add. *β*. — 33, 19 ὁ om. *α*ξ, add. *β*, idem. 35, 18. — 40, 17 ταῦτα ξυμπεφυκότα *α*ξ, ξυμπεφυκότα *β* etc.

---

1) Huius codicis in Phaedro ita raro mentionem facit Bekkerus, ut eum in hoc dialogo non ea qua ceteros diligentia contulisse, sed ad singulos tantum locos inspexisse videatur.

Perpaucis denique locis omnes tres familias inter se dissentire videmus: 10, 8. γενομένων τούτων *α*, τούτων γενομένων *β*, γινομένων τούτων ξ. — 22, 18 (?). — 29, 2 ἀκαίρους τε καὶ ἐπαίνους 𝔄ΔΠG, ἀκαίρους τε καὶ ἐγκαίρους ἐπαίνους ΣΞ et DNO, ἀκαίρους τε ἐπαίνους ΓΛBCEFH (T?). Vindob. Φa propinquis suis discedens habet ἐπαίνους τε καὶ ἀκαίρους, Vatic. 𝔟 excerptos tantum e Phaedro locos continens hunc locum non exhibet.

Haec exempla sufficere puto, ut tres esse codicum familias constituendas probetur. Si autem tertiae ξ naturam et cum ceteris consensum accuratius consideramus, facere non possumus, quin eandem esse eius conditionem atque ad verba Platonis restituenda auctoritatem ac ceterorum negemus. Primum enim magna dialogorum pars uno tantum huius familiae codice Σ nobis tradita est, ut, quae in libro, ex quo hic descriptus est, quaeve in describendo peccata sint, discernere nequeamus. Praeterea si ordinem, quo Venetus Σ dialogos exhibet[1]), spectamus, dubitare vix possumus, quin ii, qui in eo post Sisyphum collocati sunt, ceteris eo consilio sint additi, ut, qui antea essent omissi, adjungerentur. Cum autem et Zittaviensis et Vindobonensis Υ[2]) his dialogis postea additis careant, iam in communi horum trium archetypo eos defuisse atque in Venetum ex alio quodam codice transscriptos esse non sine quadam veritatis specie colligi potest. Insuper, qui in omnibus huius familiae codicibus traduntur dialogi, num ex eodem omnes fonte derivati sint, dubitaverit fortasse, qui ordinem a Thrasyllo constitutum in iis iam mutatum esse respicit; Convivium (III, 3) enim post Hippiam maj. ponunt, atque Euthydemum et Protagoram (VI, 1, 2) post Timaeum, tertium octavae tetralogiae, quam alia omnino atque priores ratione ad nos pervenisse constat.

Accedit denique aliud, quo, quod ex mutato Thrasylli ordine suspicati sumus, confirmari videtur. Si enim, quomodo in verbis Platonis referendis hae tres familiae inter se vel consentiant vel dissentiant, quaesiverimus, inveniemus esse dialogos, in quibus familia ξ cum familia *α* artiore quodam cognationis vinculo contineri, alios, in quibus cum familia *β* potius coniuncta esse videatur, alios denique, in quibus locorum, quibus ξ et ab *α* et ab *β* discrepat, numerus major est, quam eorum, quibus ab altera dissentiens cum altera facit. Velut in Cratylo familiae *α* et ξ saepissime vel in vitiis manifestis (ut 17, 16 ἐπίσταται τῷ *α*ξ, ἐπίσταιτο *β*. — 69, 4 ἴσχομαι ὥστε *α*ξ, ἰσχομένως *β*. — 43, 3 φαίνεται *α*ξ, φαίνει τι *β*. — 48, 5 ὄνομα ἡρμοσμένον *α*ξ, ὄνομα ἥρμοσεν ἓν ὂν *β*) consentire vide-

1) tetral. I; II; III, 1; VI, 3, 4; VII, 1; III, 3; VIII, 3; IV, 1, 2; Axioch.; De iust., De virt., Demod., Sisyph. tetr. VII, 2, 4, 3; VIII, 1; III, 4; VIII, 4; III, 2; IV, 3, 4; V; VI, 1, 2; Eryx. Defin. (teste Theupolo, Gr. D. Marci Bibliotheca 1740).

2) Uterque hunc ordinem habet: tetr. I; II; III, 1; VI, 3, 4; VII, 1; III, 3; VIII, 3; IV, 1, 2; Ax., D. iust., D. virt., Dem., Sisyph., Alcyon.

mus. In Amatoribus autem, ubi familiae α et β non raro (ut 284, 8 ὥςτε cὺ τί αὐτὸν ᾤου α, ὥςτε τί coι οἴει αὐτὸν β. — 286, 8 ὁμολογῶ καὶ καλὸν εἶναι καὶ ἀγαθὸν: ἡγοῦμαι γὰρ ὀρθῶc. ἠρώτηcα οὖν ἐγὼ καὶ ἐν τοῖc κ. τ. λ. α, καὶ καλὸν κἀγαθὸν ὁμολογῶ εἶναι: ἆρ' οὖν καὶ ἐν τοῖc κ. τ. λ. β. — 287, 21. ὠφελιμώτατα εἶναι μέτρια α, τὰ μέτρια μάλιcτα ὠφελεῖν β. — 293, 22 οὔκ· ἀλλὰ ταύτην α, οὐκ ἄλλην β. — 294, 13. — 295, 17 etc.) vehementer inter se discrepant, ξ semper cum β facit. Idem de Euthydemo valet (cfr. 422, 1. 423, 8. 432, 12. 443, 15.) et de Philebo, in quo p. 246, 12 (64, B) β et ξ eandem habent lacunam. In Gorgia denique codices ΣΥ (= fam. ξ), cum quibus in priore huius dialogi parte (usque ad paginam fere sexagesimam secundam) Vaticanus Δ facit permultas habent lectiones proprias, plerasque illas suo iure ab omnibus editoribus spretas, nonnullas autem (ut 98, 12 (492, B) ἐπεί γε οἷc ξ, ἐπεὶ θεοῖc $\alpha\beta$. — 99, 20 (492, E) εἶεν ξ, εἰcίν $\alpha\beta$. — 136, 4 (509, C) τοῦ μὴ ξ, ἑτοίμη $\alpha\beta$.) ita comparatas, ut eas contra familiarum α et β auctoritatem recipere nemo dubitaverit. Non solum ordo igitur, quem Thrasyllus instituit, relictus, sed etiam ratio, qua lectiones in familia ξ inventae cum duabus reliquis familiis vel consentiant vel non consentiant, suspicionem movent non omnium dialogorum lectiones eiusdem archetypi auctoritate niti. Itaque codicis contaminati Σ totiusque familiae ξ fidem magni aestimare non poterit, qui ad certas normas Platonem edere voluerit[1]). Possumus autem eius auxilio eo facilius carere, cum accurata lectionum discrepantium observatio doceat perraros esse locos, in quibus, quod verum videatur, hac familia sola sit traditum. Si vero, quae genuina videtur scriptura, non hac tantum sed altera utra quoque reliquarum duarum tradatur, huius potius auctoritate eam recipiemus, quam tertiae (ξ). Et quoniam tertiam vel in apertissimis vitiis cum altera illarum consentire vidimus, ne eam quidem ei auctoritatem concedere possumus, ut eius, quacum consentit, auctoritatem augeat. Non igitur, nisi si in familiis α et β peccatum esse manifesto appareat ad tertiam refugiendum est videndumque, si forte verum vel veri vestigia in ea deprehendi possint.

Postquam familiam ξ minoris esse reliquis duabus gravitatis, demonstravimus, inquirendum est, quae sit harum auctoritas. In utriusque vero familiae codicibus plerisque, maxime in vetustioribus, ordinis, quem Thrasyllus proposuit, aut nulla aut exigua mutatio facta est; utraque igitur ea, quam de tertia protulimus, suspicione vacat. Itaque videndum, num aliae sint causae, cur alteram alteri praeferendam esse censeamus. Quoniam autem duplex, cum de codi-

1) Saepius partem dialogorum in codicem Σ et familiae ξ archetypum ex familiae α, aliam ex familiae β libro transcriptum esse demonstrari posse mihi visum est, saepiusque in hanc rem inquisivi. Certum autem atque exploratum de hac re non habeo.

cum fide agitur, existit quaestio altera, qua diligentia utriusque familiae codices collati archetyporum suorum verba referant, altera, quanti ipsorum archetyporum auctoritas sit aestimanda, cur familiam *α* alteri anteponamus, causa in eo videtur posita esse, quod archetypi eius lectiones melius ad nos pervenisse videntur, quam alterius. Habemus enim familiae *α* codicem saeculo IX (anno 896) conscriptum, familiae *β* autem saeculo duodecimo vetustiores superesse non videntur. Quominus autem, cum archetypi *α* certiorem ad nos pervenisse notitiam concedamus, eos, qui alterius lectiones nobis tradunt, contemnamus, eo prohibemur, quod nonnunquam in verbis scriptorum bene conservandis inter saeculi IX et XII codices nihil paene interesse et aliis testimoniis cognitum et in ipsis Platonis operibus Tubingensis exemplo nuper a M. Schanzio probatum est, qui tantum huic codici saeculo fere XII scripto tribuit, ut, si a Bodleiano dissentiat, utri obsequendum sit, diiudicare dubitet (cfr. Nov. Comm. Platon. p. 151). Praeterea autem non spernendos esse libros familiae *β* ipsorum lectionibus probatur, ut e nonnullis, quas iam allaturi sumus, satis cognoscitur.

Est in libris nullum vitiorum genus frequentius, quam illud, ut formas Atticarum proprias scribae submoveant, quibus ipsi utuntur, inferant. Quo vitio multis locis, ubi ceteri sunt inquinati, quod careat, Bodleianus recte laudatur. Sed non neglegendum est, neque deesse locos, in quibus ille ceteris non minus depravatus sit, neque quibus ipse recentiorum formis sit maculatus, antiquiores servaverint alii. Cuius rei e familiae *β* codicibus haec afferam exempla.

Politic. 271, D (277, 22) νομῆϲ pro νομεῖϲ contra ceteros servarunt ΓΛBCH pr. F Flor. a b c (= fam. *β*). — Symp. 178, B (380, 17) γονῆϲ cum 𝔄Δwt servarunt ΓF Flor. a. — Phaedon. 96, D (84, 7) contractam formam ὀϲτοῖϲ serv. CEHIL Florr. abc im Augustanus Fischeri. (Ba Bekk. non collatus, Stallb. de eo tacet,
οῖϲ
𝔄: ὀϲτέοιϲ, Tub. ὀϲτέοιϲ. Schanz N. C. Pl. p. 147.), 98, C (88, 2 et 6) ὀϲτῶν ΓΛCEHIL Florr. abcim et Parisinus Stallb. (= B. Bekk.) ὀϲτέων fam. *α* (et ξ), 96, D (84, 7) et 98, C (88, 3) ὀϲτᾶ *β* cum 𝔄Π Tub., eandem formam omnes 99, A. (88, 18). — Atticorum formam ἦ pro ἦν cum Bodleiano servavit Flor. b (in accentu peccans: ἢ) et complures eiusdem familiae Symp. 173, A (370, 9) et Paris. B Theaet. 155, C, vel contra Bodleianum Phaedon. 99, A (89, 3) adstipulantibus ΛI pr. ΓE; eandem formam Protg. 310, E Florr. a c o retinuerunt. — Duobus locis forma ἔφηϲ, quam 𝔄 praebet, familiae *β* auctoritate expellenda est: Alc. I, 301, 8 (104, D), ubi 𝔄 solus ὥϲ ἔφηϲ pro ὥϲ φῄϲ, et Protg. 201, 4 (337, A), ubi 𝔄 solus ἔφηϲ pro ἔφη habet. Adde Parm. 6, 15 (128, A), ubi ἓν ἔφηϲ in 𝔄ΔΠ (et DR codicibus Procli commentaria continentibus) pro ἓν φῄϲ legitur. ἔφηϲ praeterea legitur Gorg. 43, 22 (466, E): δύναϲθαι ἔφηϲ ἀγαθὸν, ubi facili et probabili coniectura Hirschig

ἔφηcθ' ἀγαθὸν scripsit, cfr. Alc. I, 311, 12 ubi Δ οἶc pro οἶcθ' habet; Phileb. 163, 6 (26, B): ἀποκναῖc ἔφηc αὐτὴν 𝔄ΠΒCH Florr. b i, ἀπυκνᾶc ΓΔFw pr. E Florr. a c, unde iam diu ἀποκναῖcαι φῄc correctum est; Jo. 191, 13 (539, E): Οὐ cύ γε ἔφηc, quod eodem iure, quo pro ὥcτ' ἔφηc. Isocr. XI, 7 Bekkerus ὥcτε φῄc et pro τὸν δ' ἔφηc Aeschyl. Agam. 1581 Pauwius τόν δε φῄc scripserunt, in γε φῄc mutandum arbitror. De Euthyd. 293, C cfr. editores.

Futuri verbi προθυμοῦμαι formam medialem, quae omnium consensu probatur Meno. 74 B, Alcib. I, 131 D, Alc. II, 146 D, cfr. cυμπροθυμήcομαι Euthyphr. 11 E, servat fam. *β*: Phaedon. 91, A (73, 1) contra 𝔄Π Tub., atque 115, C (122, 3) contra 𝔄ΠΦG (= fam. *α*) et Υ Zitt. (= ξ) et Γ, qui προθυμηθηcόμεθα Bekkero probante, et προθυμηθήcομαι Bekkero improbante habent. (Contra Lach. 200, D (297, 20) cυμπροθυμήcομαι α ξυμπροθυμηθήcομαι *β* quod nemo recepit.) Eodem modo φοβήcομαι Apol. 29, B (114, 20), contra ΦDS corr. Π Flor. d e g h. Vind. 1, 4 et Vatic. Stallb. (= Δ Bekk.) cum 𝔄 (si Gaisfordii silentio fides habenda est) tuetur familia *β*. Minime improbaverim, si quis horum verborum formas passivas contra codicum auctoritatem et sine certis veterum Atticistarum testimoniis delere cum Frankio (lect. Aeschin. p. 458) temerarium putet, in Platone autem non facile quemquam eas tuiturum puto, quoties altera duarum (vel duabus trium) familiarum medialem formam confirmatam videat.

Phaedr. 258, B (63, 5) ἐξαλιφῇ 𝔄ΔG pr. Π, reliqui formam, qua Plato omnibus aliis locis utitur, ἐξαλειφθῇ habent, quod probavit Cobet Nov. Lect. p. 404[1]). Protg. 328, D (185, 13) πεπαυcμένοc 𝔄Θ pro πεπαυμένοc; 329, A (186, 4) βυβλία 𝔄Θ Vindob. 54, et ex altera fam. Flor. a pro βιβλία. Politic. 293, A (324, 20) καίονexcept τεc 𝔄ΔΠ pro κάοντεc (eodem modo peccat fam. *β* 335, 5) etc. His similibusque familiae *β* lectionibus ne non maiorem quam bonarum coniecturarum fidem esse quis dicat, non vereor. Talia enim in libros non consilio aut errore scribarum inferuntur, sed e communi Atticarum formarum ruina casu quodam sunt conservata.

Quamquam igitur Bodleianum, cum omnium qui supersunt longe vetustissimus sit, magna esse auctoritate longe abest, ut negemus, tanta tamen eum esse, ut eo usi familiae *β* auxilio carere possimus, concedere non possumus, nisi archetypum quoque eius totiusque familiae *α* praestantiorem fuisse demonstratur, quam eum, ex quo familia *β* originem duxit. Hanc alteram, quam diximus, quaestionem facile intellegitur diiudicari non posse nisi ita, ut de codicum cognatione et auctoritate in universum disputandi fine facto singulas duarum familiarum lectiones inter se comparare instituamus. Quod

1) W. Veitch, greec verbs irreg. aud def. (Oxf. 1871) p. 38: „we have some misgiving about ἐξαλιφῇ".

antequam faciamus, non supervacaneum esse videtur eam, quam plerique nunc sequuntur, de arte critica in Platone recte exercenda sententiam paucis commemorare.

Codicem Bodleianum, cum omnium vetustissimus sit, omnium optimum esse persuasum habent, e ceterorum autem numero quo quisque rarius ab eo discrepat, eo meliorem iudicant. Ita nuper Tubingensis praestantiam demonstraturus M. Schanz satis fecisse sibi visus est, si quantopere cum Bodleiano consentiret demonstrasset. Quam rationem si constanter sequi voluissent, eo fere essent perducti, ut vel recentissimum et deterrimum generis α librum (cfr. e. g. Stallb. ad Cratyl. 387 C: „Parisinorum optimus G"!!) omnibus alterius anteponere, et si quis forte codicum familiae β ex alterius libro esset correctus, hunc ceteris eiusdem gregis non interpolatis meliorem existimare deberent. Cum igitur Bodleianum optimum esse iis constare visum sit, eum prae ceteris sequendum esse censuerunt. Quod cum iam I. Bekker fecisset, multo constantius Turicenses et C. F. Hermann fecerunt, sed eos omnes, qui nuper Platonem edere instituit M. Schanz inconstantiae arguit. Is enim ei, qui Platonem edere vellet hanc legem proposuit (Praef. ad Euthyd. p. X) „Codicum B (i. e. Bodleiani) et (huius propinquissimi Vaticani) Θ vestigiis summa constantia ita tibi insistendum est, ut eorum corrupta verba malis corrigere, quam librorum deteriorum lectiones arripere". Quam legem ita est secutus, ut, si Bodleianum omnium esse archetypum demonstratum esset, plus ei tribui vix ac ne vix quidem posset. Quod quidem si omnes codices nobis traditi ad unam familiam pertinerent minus improbandum esset, — vetustissimo enim exemplari id tribuere, ut archetypi verba recentioribus eiusdem familiae integrius servasse, putetur, non sine certis causis negaveris — nunc vero, cum libros ex archetypo, ab illo, ex quo familia α originem duxit, diverso, ortos superesse constet, minime probari potest. Cum enim qui libros scriberent et archetyporum vitia propagasse et nova — nam vel diligentissimum scribam, ὃς δὴ τῶν δημιουργῶν σπανιώτατος ἐν ἀνθρώποις γίγνεται, hominem fuisse memores esse debemus — addidisse consentaneum sit, ne generis α quidem archetypum, nec eius apographa, nec Bodleianum [sive eum ex archetypo ipso, sive ex eius apographo sive ex apographi apographo ortum putabimus] propriis suis vitiis adspersos esse negabimus. Quae vitia ut certa ratione sanare possimus, percommode accidit, ut altera (et tertia) familia nobis superstes sit, quae, quamvis ne ipsa quidem propriis suis mendis careat, iis tamen, quibus familia α affecta est, plerumque vacat. Ac non solum cum lectionem aliquo modo vitiosam familiam α praebere ultro appareat, quale sit mendum, ex altera discere possumus, sed saepissime etiam mendum omnino in fam. α esse ex eo tantum intellegimus, quod aliam lectionem familiam β atque α praebere videmus. Cum enim altera tantum a Platone profecta esse possit, quaerendum est utra genuina putanda sit. Quam

quaestionem diiudicaturi si quam rationem sive ex sententia loci sive ex Atticorum vel Platonis dicendi genere sive ex artis palaeographicae rationibus petitam afferre possumus, qua alteram utram probemus, ei est obsequendum. Nam ut contra has rationes ullam lectionem recipere audeamus, neque codicis ullius superstitis neque familiarum archetyporum auctoritas satis est firma. Mittamus igitur lusus ingenii tales, qualis est, ut uno exemplo defungar, ille M. Schanzii Nov. Comm. Pl. p. 137, ubi ad Phaedonis locum, qui legitur p. 82 C (55, 5) ἀλλὰ τούτων ἕνεκα οἱ ὀρθῶς φιλοσοφοῦντες ἀπέχονται τῶν κατὰ τὸ σῶμα ἐπιθυμιῶν ἁπασῶν καὶ καρτεροῦσι καὶ οὐ παραδιδόασιν αὐταῖς αὑτοὺς κτλ. haec adnotat: „Cl. (= Bodleianus) (I, m.) habet φιλοσοφοῦντες ἔχονται. ἀπ add. m. rec. Tub. ἔχονται in textu, ἢ ἀπ in mg. Vide, ne ἔχονται sufficiat. Nam cum dicatur ἔχει τοὺς πολεμίους τῆς εἰς τὸ πρόσθεν προόδου (Xen. Cyr. 7. 1. 36, Kr. 47, 13.), non intellego, cur non debeat dici οἱ πολέμιοι τῆς εἰς τὸ πρόσθεν προόδου ἔχονται cfr. Herod. 6, 85 οἱ Αἰγινῆται ἔσχοντο τῆς τιμωρίης. Noli haerere, quod subsequitur ἀπέχονται, nam p. 107 (?) de hoc usu disputavimus etc." Tantam igitur Bodleiano et Tubingensi tribuit auctoritatem, ut eorum scriptura confisus ἔχεσθαι τῶν ἐπιθυμιῶν idem significare atque ἀπέχεσθαι τῶν ἐπιθυμιῶν dicere non dubitet. Protulit ille quidem exemplum huius significationis ex Herodoto[1]) petitum, nec, si afferre voluisset, exempla e poetis et τῆς κοινῆς scriptoribus defuissent. Quibus non opus esse ipse perspexisse videtur, si quid enim probare voluisset alterum exemplum afferre debebat, quo idem verbum et esse et non esse et facere et non facere et petere et fugere in Atticorum lingua significare posse demonstaret. Ceterum vitia commemorato non dissimilia non raro in familiae α codicibus invenimus cfr. Cratyl. 110, 17, ubi ὅμοιον pro ἀνόμοιον praebent Δ et pr. 𝔄 pr. Π, Euthyphr. 358, 17 (5, D) ubi ὁσιότητα pro ἀνοσιότητα legitur in 𝔄ΓΠD Vindol. 1 (Δ non coll.), Parm. 32, 1 (140, E), ubi ἰσότητος (sic Gaisf.) 𝔄ΔΠ pro ἀνισότητος et 46, 14., ubi iidem et D τῷ ὁμοίῳ pro τῷ ἀνομοίῳ habent. — Mittamus, ut aliam quoque rem tangam, codicis Bodl. auctoritate abusi, Atticis futuri cum particula ἂν coniunctionem obtrudere. Nam e certorum, quae M. Schanz (ad Euthyd. p. 274, E.) putat huius structurae exemplorum numero generis β auctoritate eximendi sunt: Crito 53, C (166, 3), ubi ἂν om. fam. β, add. ΠΨDS Tubing. Florr. dh. Vindobb. 1, 6 (= Φ) 7 Vatic. (= Δ) et, ut videtur, Bodleianus. Euthydem. l. l. (400, 10) ubi κάλλιστ' ἂν προτρέψετε 𝔄Γfr, Parisini B pr. m. Vindob. 1, προτρέψητε Cwye Flor. aco praebent, in Flor. b autem, generis β vetustissimo, προτρέψατε legitur, unde

1) Herod. VII, 169 legitur ἔσχοντο τῆς τιμωρίης scil. οἱ Κρῆτες, VI, 85 legitur οἱ Αἰγινῆται ἔσχοντο τῆς ἀγωγῆς. οἱ Αἰγινῆται ἔσχοντο τῆς τιμωρίης legitur Steph. thes III, 2631 C!

προτρέψαιτε defendi recte adnotat Stallb. in ed. Weigeliana (De ε et αι in Bodleiano permutatione cfr. e. g. Lys. III, 13 Ἐξωνέως pro Αἰξωνέως)[1]. Desinamus denique, ut ad rem redeamus, ceteros omnes prae Bodleiano duobusque vel tribus ei proximis ut deteriores contemnere. Duae praeter ξ exstant codicum familiae, et utriusque et deteriores et meliores codices supersunt. Illos neglegere possumus et debemus, his ad utriusque archetypi verba, quantum fieri potest, restituenda utendum est. — Sed iam ad eam, quam supra de horum duorum archetyporum auctoritate proposuimus quaestionem, revertamur singulasque, quae invenimus, duarum familiarum lectiones inter se conferre incipiamus.

Atque ut exemplo plano et perspicuo qualis esset earum dissensio cognosci posset, primum omnem, quae in initio Cratyli (p. 1—50 Bekk.) invenitur, lectionum discrepantiam ante oculos ponere non inutile duxi. Nec vero omnes accuratius tractare, nec nisi ex initio Cratyli omnes enumerare necessarium putavi. Quoniam enim non omnia vitiorum genera ad auctoritatem codicum recte aestimandam pariter valent, ea accuratius tractasse satis est, qua gravioris sunt momenti. Praetermittemus igitur inde a p. 51 Bekk. eos locos, in quibus altera lectio ex iis, quae Plato scripsit, scribarum errore videtur orta esse, eosque tantum tractabimus, in quibus sciolorum coniectura aliquid a Platone non profectum illatum esse demonstrari posse videatur.

Collati sunt ad Cratylum codices familiae

α: 𝔄ΔΠG Flor. d.
β: ΓΛBCEFHIXlm Florr. a b c i Darmst.
γ: ΣΥ (Ξ) Zittav.[2]

Legimus igitur

Bekk. pag.	in fama. α.	in fam. β.
3, 10	εἰ αὐτῷ πότερον Κράτυλος τῇ ἀληθείᾳ ὄνομα ἐστιν ἢ οὔ;	εἰ αὐτῷ Κράτυλος τῇ ἀληθείᾳ ὄνομα;
3, 11	αὐτῷ γε τοῦτο ὄνομα εἶναι addunt familiae α deteriores et 𝔄Π in mg.	om. β seclus. Stallb. Turicc. Herm.
3, 12	ἔφην ἐγώ[3]) probb. editt.	ἔφην

1) De loco, qui e Schanzii certis restat Resp. X, 615, D. cfr. H. Sauppe ad Lycurg. p. 97 et Jackson Journ. of Philol. IV, 148.

2) Familiam ξ in Cratylo fere semper cum α facere iam commemoravimus.

3) eodem modo pronomen ἐγώ in initio Protagorae (311, B; 153, 6.) ad ἔφην addunt 𝔄ΓΘΞ Vindob. 1, Phaedonis (57, A; 3, 6.) 𝔄Δs Flor. d. ad ἀκούσαιμι, atque Parmenidis (126; 4, 1.) codices DQR Procli commentaria continentes ad εἶπον. Schanz N.C.Pl. p. 155 Bodleiani in Phaedonis loco scripturam defendere studuit. Nihil autem exemplis ab eo prolatis probari potest, nisi, id quod nemo nescit, ἔγωγε addi, si qui loquitur alii sese opponat. Cui autem in Phaed. Echecrates, in Crat. Hermogenes, in Prot. Socrates se opponat, non video.

In his versibus familiam *α* interpolatam esse negari non potest nec negarunt editores. Tamen, cum voces πότερον (deleto εἰ) et ἔστιν ἢ οὔ et ἐγώ in textum receperunt plus ei tribuendum esse, censuerunt quam alteri, quam Platonis verba integra servasse cur negemus, nihil omnino causae est. Bodleiani praestantiam in locis ita comparatis, ubi non de singulorum librorum sed de duorum generum archetyporum scriptura agitur, afferre non possumus.

4, 7	ἔχειν add. α et, si Bekkeri silentio fides, BCEF.	om ΛHIX. Florr. a b c i probb. Stallb. Turr. Herm.
4, 13	ἀκηκόει 𝔄 ἀκηκόειν ΔG pr. Π.	ἠκηκόειν
4, 16	ἐκώλυσε	ἐκώλυε probb. editt.
5, 2	ἑκάστοτε add.	om.
5, 10	καὶ om.	add. prob. Bekk.
5, 11	οὐδὲν ἧττον τὸ ὕστερον ὀρθῶς ἔχειν τοῦ προτέρου, ὥσπερ τοῖς οἰκέταις ἡμεῖς μετατιθέμεθα οὐδὲν ἧττον τοῦτ' εἶναι ὀρθὸν τὸ μετατιθὲν τοῦ προτέρου κειμένου	οὐδὲν ἧττον τὸ ὕστερον ὀρθῶς ἔχειν τοῦ προτέρου, ὥσπερ τοῖς οἰκέταις ἡμεῖς μετατιθέμεθα (De Florr. b. i. Darmst. quod apud Stallb. legitur, dubito, num recte sese habeat.)

familiae α scripturam, cum ita ut est retineri non posse Hermannus perspexisset, sanare sibi visus est εἰ post ὥσπερ addito. At non, quemadmodum, si servorum nomina commutamus, commutata non minus prioribus recta esse mihi *videntur*, sed, quemadmodum commutata non minus recta *sunt*, loci sententia postulat. Alii fortasse aliter hunc locum sanabunt (Baiter verba οὐδὲν ἧττον τὸ ὕστερον ὀρθῶς ἔχειν τοῦ προτέρου deleri vult, quod non improbat H. Schmidt Cratylus p. 14); cur autem coniecturis locum tentamus, quem familiae β codices plerique sanum atque integrum praebent? Qui enim praeiudicati nihil afferens duarum familiarum lectiones comparat, quod in familia α additur, nihil nisi foedissimum lectoris ad voces ὥσπερ τοῖς οἰκέταις ἡμεῖς μετατιθέμεθα additamentum esse non dubito, quin iudicet, quod qui familiae α archetypum scripsit, recepit.

5, 21	θῇ fam. *α* et Florr. a c (B?)	φῇς ΓΛIXlm, pr. F, Florr. b i
5, 21	καλεῖν	καλεῖ
5, 21	ἔστιν add.	om.
6, 21	ὅλος μὲν	μὲν ὅλος
7, 7	τὸ ὄνομα	τοῦτο (τοῦτο ὄνομα Γlm corr. ΛX)

Utrum a Platone sit profectum, utrum scioli inventum — nam de mero scribarum errore h. l. cogitandum non est — si diiudicare volumus, recordemur, non eam esse sciolorum consuetudinem, ut pro

---

3 [Schanzius Studien p. 56 pro εἰ αὐτῷ coniecit ἐπ' αὐτῷ, quod a Platonis dicendi usu abhorret. Plato dixit τοῦτ' ἔστιν ἑκάστῳ ὄνομα — οὐκοῦν σοί γε . . ὄνομα Ἑρμογένης — οὔ φησι σοι Ἑρμογένη ὄνομα εἶναι etc., ἐπ' αὐτῷ ἔστιν ὄνομα non dixit.]

substantivis, de quorum significatione dubii esse non poterant, pronomina ponerent; sed, ubi in pronomen incurrerunt, quod pro quo nomine positum esset, non statim intellegerent, non raro factum est ut cum feliciter, quod loci sententia poscebat aut poscere iis videbatur substantivum repperissent, hoc pronomini adscriberent ne, ut ipsi, ita alii in eo loco haererent. Praeterea autem ne τὸ ὄνομα genuinam esse lectionem putemus, prohibet, quod sententiarum nexus non τὸ ὄνομα sed τὸ ϲμικρότατον μόριον huius enuntiationis subiectum requirere videtur. Nam primum si τὸ ὄνομα legimus, quod sequitur Ἀληθέϲ γε ὥϲ φῄϲ aptum non est. Nihil enim Hermogenes dixerat nisi vel minimas partes verae orationis veras esse, et minimam orationis partem esse ὄνομα. Nondum autem dixerat ὄνομα ἀληθέϲ esse, quod postea demum (vers. 14) colligitur. Accedit, quod in interrogatione simillima atque ἐκ παραλλήλου posita τὸ δὲ τοῦ ψευδοῦϲ μόριον οὐ ψεῦδοϲ; invenimus non τὸ τοῦ ψευδοῦϲ ὄνομα. Itaque qui familiae *α* lectionem, quae non solum per se maiorem interpolationis suspicionem moveat, sed ne apta quidem videatur, alteri praetulerunt, non recte videntur iudicasse. — Non dissimilis est ratio loci Protg. 342, B (211, 7), ubi ad verba ἡγούμενοι εἰ γνωϲθεῖεν ᾧ περίειϲιν πάνταϲ τοῦτο ἀϲκήϲειν, in fam. α additur τὴν ϲοφίαν. Hermann (vol. III, p. XIII,) ad hunc locum adnotat: „τὴν ϲοφίαν post ἀϲκήϲειν ex Oxon. adjeci, quod etsi in alio codice interpretamenti suspicionem praebiturum sit, in hoc adeo non spernendum est, ut haud sciam, an acumen loci repetito vocabulo, in quo omnis eius ironia inest, etiam augeatur“. Quid autem unius cuiusdam codicis auctoritatem afferimus, ubi de duorum generum archetyporum scriptura agitur? An ex eo, quod forte alterius generis vetustum est exemplar superstes, archetypum quoque eius alterius meliorem fuisse colligi potest? Quod cum non possit, restat, ut de eorum auctoritate ex scripturarum quas praebent natura iudicemus. Quid vero tum de vocibus a fam. α additis a β omissis statuendum sit, a Bekk. Stallb. Turicc. (et ex ipsa Hermanni adnotatione) discere possumus. Quod Sauppe quoque verba τὴν ϲοφίαν retinuit, miramur; at non raro vidimus homines doctos omnium archetypum interpolatum esse concedere, in Bodleiano autem vel generis α archetypo interpretamentum inesse acerrime negare.

7, 12	ψευδοῦϲ α	ψεύδουϲ
7, 20	φῇ (Bekk. comm.: φῇ) τιϲ	τιϲ φῇ
8, 1	ἰδίᾳ ἑκάϲταιϲ ἐνίοιϲ ἐπὶ	ἰδίᾳ ἐπὶ

Hermann contra Bodleiani auctoritatem ἐνίοιϲ expulit dittographia, „cuius alia quoque passim in hoc dialogo vestigia apparent“, ortum, ἑκάϲταιϲ retinuit. Hoc quoque loco igitur familiae α, quam interpolatam esse non negat, plus tribuit quam familiae β, contra quam nihil nisi Bodleiani vetustatem afferre licet. Plato certe ἰδίᾳ ἑκάϲταιϲ non dixit, sed si haec verba Platonis essent, ἰδίᾳ ἑκάϲτῃ scri-

bendum esset. Ut autem h. l. ἑκάσταις ita ἑκάστοτε p. 5, 2 (384, C) in fam. α et Phaedon. 41, 3 (75, D) in omnium archetypo videtur additum esse.

	ἴ	
8, 4	εἰδῶμεν male (εἰδῶμεν 𝔄)	ἴδωμεν (contra: 46, 14)
8, 8	οἷα μὲν ἂν ἐμοὶ φαίνηται τὰ πράγματα εἶναι α	om. β εἶναι

Verbum substantivum retinuerunt editores. Male, ut ex Theaeteti loco ab editoribus laudato (152, A) apparet: οὐκοῦν οὕτω πως λέγει, ὡς οἷα μὲν ἕκαστα ἐμοὶ φαίνεται, τοιαῦτα μὲν ἔστιν ἐμοί· οἷα δὲ σοί, τοιαῦτα δὲ αὖ σοί κτλ. Non οἷά τινι ἕκαστα φαίνεται εἶναι sed οἷά τινι φαίνεται, τοιαῦτα εἶναι αὐτῷ dixerat Protagoras. Itaque recte fecerunt Schleiermacher et Müller, qui verbum substantivum in versione omiserunt.

8, 9	τοιάδε	τοιαῦτα δέ σοι

editores post Heindorfium τοιαῦτα δ' αὖ σοι ex Gudiano, codice coniecturis iisque interdum non ita malis abundante, receperunt. — Contra τοιαῦτα male pro τοιάδε fam. α. Parm. 10, 20 (130, B).

8, 10	αὐτὰ	ἅττα (contra Am. 288, 20)
8, 16	ταὐτὸ	αὐτὸ probb. editt.
8, 20	πάνυ χρηστοί οὔ πώ σοι ἔδοξαν εἶναι ἄνθρωποι	om. ἄνθρωποι
9, 7	οἷόντε οὖν ἐστίν	om. ἐστίν
9, 9	φρονίμους εἶναι	om. εἶναι
9, 23	πᾶσι πάντα	πάντα πᾶσι
10, 1	μήτε ἑκάστῳ ἰδίᾳ ἕκαστον τῶν ὄντων ἐστί	om. τῶν ὄντων ἐστί

quod ad sententiam attinet nihil interest, utram lectionem a Platone profectam putemus, quod ad sermonis elegantiam, verbis illis a familia α additis facile carebimus. Nec deesse videtur causa, qua ex interpolatione orta illa esse probari videatur. Cum enim paulo post (p. 10, 16) verba τῶν ὄντων in fam. β legantur, ubi α iis careat, suspicio oritur in margine omnium nostrorum archetypo ea adscripta esse indeque diversis locis in textum pervenisse. ὄντων male addunt α Ξ Phaedo 100, A (91, 2). Verbum substantivum praeterea in fam. α hoc loco, ut saepius, (cfr. supra 9, 7 et 9, 9) additum.

10, 5	ἀλλὰ καθ'	ἀλλὰ καὶ καθ' male
10, 7	ἔχειν add.	om.
10, 16	τμητέον	τμητεόν τῶν ὄντων cfr. ad 10, 1.
11, 17	ὀνομάζοντες	καὶ διονομάζοντες
11, 21	πρᾶξις	πρᾶξίς τις probb. Bekk. Stallb.
13, 5	περὶ τρυπάνου α et BCEFH	περὶ τοῦ τρυπάνου altera familiae β pars: ΛΙΧ Flor. b.
13, 9	ποιοῖμεν	ποιοῦμεν probb. editt.

14, 2	ἔϲτιν add. (*at* 𝔄 *supra versum*)	om. probb. Turr. Herm.
14, 5	ὅταν τῷ τρυπάνῳ χρῆται add.	om. (homoiotel.)
14, 8	ὁ τὴν τέχνην ἔχων [𝔄 haec verba *in mg.* a manu antiqua Schanz Stud. p. 57]	om. ἔχων probb. Bekk. Stallb. Turr. et Schanz l. l.
14, 15	ἆρ οὐχὶ ὁ νόμοϲ δοκεῖ ϲοι εἶναι ὁ παραδιδοὺϲ αὐτά;	om. εἶναι
14, 25	οὐκ ἄρα παντὸϲ ἀνδρὸϲ ὦ Ε. ὄνομα θέϲθαι ἐϲτίν	om. ἐϲτίν
15, 2	ὃϲ δὴ τῶν δημιουργῶν ϲπανιώτατοϲ ἐν ἀνθρώποιϲ γίγνεται	om. ἐν
15, 7	ὁ πεφύκει	ὁ ἐπεφύκει, utrumque male.
15, 9	δαὶ	δὲ
15, 14	οὐκοῦν — 16 δοκεῖ om. (homoiotel.)	
16, 1	τὸ φύϲει ἑκάϲτῳ πεφυκόϲ	om. τὸ
16, 2	ἐξ οὗ ἂν ποιῇ τὸ ἔργον	om. τὸ ἔργον
16, 20	οὐδὲ	om. δὲ cfr. 52, 16.
16, 20	εἰϲ τὸν αὐτὸν ϲίδηρον	om. αὐτὸν (homoiot.?)
16, 22	ἕωϲ τὴν αὐτὴν ἰδέαν ἀποδιδῷ	ἕωϲ ἂν τ. ἀ. ἰ. ἀ. probb. editt.
17, 5		τοῖϲ om. ΓΛCIX Fl. b i.
17, 12	ὁ χρηϲόμενοϲ ὑφαντήϲ	ὁ χρηϲόμενοϲ, ὁ ὑφαντήϲ probb. Bekk. Stallb. Turicc.
17, 16	ἐπίϲταται τῷ ἀνεργαζομένῳ male	ἐπίϲταιτο ἂν ἐργαζομένῳ
19, 3	αὐτοῦ τὸ εἶδοϲ	αὐτοῦ τε εἶδοϲ
19, 8	πειϲθήϲεϲθαί ϲοι	πείθεϲθαί ϲε
19, 11	ἀλλ' ἐπελάθου γε ὧν ὀλίγον πρότερον ἔλεγον	ἀλλ' ἐπελάθου· ὀλίγον γὰρ πρότερον ἔ. in ΓΕΩΝ vel ΓΩΝ offendisse videtur qui archetypum β scripsit.
19, 19	αὖ ἐϲτιν	ἄν ἐϲτιν
21, 16	κατ' ἐμέ τε καὶ ϲὲ (𝔄?)	om. τε
22, 17	οὐκοῦν	οὐκ αὖ
24, 8	ἀλλ' ὃ ἐὰν	ἄλλο ἐὰν
24, 9	πολλὰ	τἆλλα probb. editt.
24, 15	οὐδ' εἰ	ἢ probb. Bekk. Stallb.
25, 19	προϲιόντων male	προϲόντων
26, 8	τι ἐπικοινωνεῖ	τι κοινωνεῖ (B?)
28, 2	ἐπιτιθείϲ	ἐπιθείϲ cfr. 93, 5 τιθέμενοϲ α θέμενοϲ β
28, 8	ἀτειρὰ 𝔄ΔG male	ἀτηρὰ
28, 12	ἀτειρέϲ (ἀτειρεὺϲ Π)	ἀτηρέϲ male
28, 13	ἄτρεϲτον	ἄτρεπτον
28, 13	αὐτῷ τὸ ὄνομα κεῖται	αὐτὸ τ. ο. κ. cfr. 29, 13
28, 15	τὸ ὄνομα plerique	τοὔνομα (cum Δ Flor. d)

28, 21	ὁ ὅϲηϲ αὐτῶι δυϲτυχίαϲ ἐνεπίμπλη τὸ ἐγγὺϲ κτλ., in mg. ῑ πίμπλη 𝔄 (Gaisf.), αὐτῷ δ. το ἐνεπίμπλη ceteri	αὐτῷ δ. ἐνεπίμπλητο pr. ΒΓΛΙΧ Florr. a (pr.) b (pr.) c (pr.) Darmst. ἐνεπίμπλατο ceteri
29, 4	αὐτὸν (cum Flor. b Darmst.)	αὐτῶν (cum Δ)
29, 9	θαυμαϲτῶϲ ὡϲ	θαυμαϲτὴ ὡϲ probb. Bekk. Stallb.
29, 13	τούτῳ τὸ ὄνομα	τοῦτο τὸ ὄνομα
29, 17	δὲ add.	om.
30, 5	Ζηνί (𝔄?) cum Flor. b c Palat.	τῷ Ζηνί reliqui (omnes??)
30, 16	ἐπαυόμην cum ΛΙΧlm et Flor. b i	ἐπαυϲάμην altera familiae β pars
30, 18	ταύτηϲ εἴ τι	ταυτηϲὶ τί probb. editt.
31, 15	ἂν add.	om. male, cfr. 16, 22
31, 18	ἀρξώμεθα	ἀρξόμεθα
32, 2	ἐπ ὁμωνυμίαϲ (ὁμωνυμίαϲ fam. 𝔈) probb. Turr. Herm.	ἐπωνυμίαϲ probb. Bekk. Stallb.

ὁμωνυμίαϲ vocabulum h. l. ferri non potest. Plato enim dicere non vult „qui hominibus nomina imponebant, in iis eligendis eo sunt ducti, quod ὁμώνυμοι erant πρόγονοι, i. e. iisdem nominibus vocabantur, sed eam ob causam, quod hoc vel illo nomine (ἐπωνυμίᾳ) erant nominati. Sic si Διονύϲιοϲ τριϲ in lapidibus scriptum invenimus et ὁμωνύμουϲ hos tres esse et ὁμωνυμίαν iis esse dicere possumus, non item κατὰ προτέρων ὁμωνυμίαν (vel ὁμωνυμίαϲ) tertium esse appellatum. Καθ᾽ ὁμωνυμίαν λεγόμενα quae sint, intellego; quid sit Crinagorae illud εἰϲ δ᾽ ἀνδρῶν ἦλθον ὁμωνυμίην scio; esse autem aliquem καθ᾽ ὁμωνυμίαν τινόϲ appellatum non credo. Praeterea ipsa illa, quam fam. *α* servat, forma ὁμωνυμίαϲ demonstrari videtur, ὁμωνυμίαϲ non esse genuinum. Nam pluralem vix credo defendi posse. In Phaedro quoque (238 C, 24, 10) lector codicis 𝔄 in voce ἐπωνυμίαν offendit, marginique ἐπιθυμίαν adscripsit.

32, 2	ἐνίοιϲ cum parte fam. β	ἐνίοτε altera fam. β pars BCEF Flor. ac
32, 4	Εὐτυχιάδην, nomen adhuc ignotum	Εὐτυχίδην
33, 2	ἔοικε . . . τῇ ἀληθείᾳ	τῷ ἀληθεῖ prob. Bekk.

non veritatis sed veri simile est, quod Plato dixit. Vides, quam facile fieri potuerit, ut ex litteris ΤΩΙΑΛΗΘΕΙΗΟΥΔΕΝ ἀληθείῃ legeret scriba, quo facto articulum substantivo, quod vidisse sibi visus erat, adsimulavit.

34, 20	ἐγώ	ἔγωγε (contra 74, 4)
35, 12	ῥήτορεϲ καὶ δεινοί male	om. καὶ
35, 14	λέγομεν	ἐλέγομεν prob. Bekk.

35, 15	ἐρωτητικοί (𝔄?)	ἐρωτικοί
36, 17	τούτων	τοῦτο
36, 19	ἑνὸς γράμματος τοῦ ἄλφα	om. γράμματος
37, 3	δὲ δή	δὴ probb. Bekk. Stallb.
37, 5	ἔρωμαι	ἔρομαι (B?)
37, 9	σῶμα	σῶμά τι prob. Stallb.
38, 15	ἥ	ᾗ
39, 11	οὐδὲν	οὐδὲ
40, 5	εἰ οὖν βούλει	εἰ βούλει οὖν (βούλει οὖν Plato?)
40, 19	κινδυνεύουσι γοῦν	om. γοῦν
41, 1	καταφαίνεται ἡ θέσις τῶν ὀνομάτων τοιούτων τινῶν ἀνθρώπων εἶναι	om. εἶναι
41, 4	ἐσίαν male	ἐσσίαν vel ἐσσίαν plerique, BC ἐστίαν
41, 12	πρώτῃ προθύειν	πρώτῃ θύειν
42, 4	γελοῖον μὲν πάνυ	om. μὲν
42, 18	ἀμφοτέροις ῥευμάτων ὀνόματα θέσθαι	om. ῥευμάτων
42, 19	γένεσίν φησι	om. φησι
42, 22	inter καλλίρροος et καλλίροος libri fluctuant	
43, 1	ἄλλοις male	ἀλλήλοις

Idem vitium in omnium archetypo Charm. 327, 5 (165, E). Contra ἀλλήλοις male pro ἄλλοις in fam. *α* Protg. 172, 1. (321, B.)

43, 3	φαίνεταί μοι λέγειν male	φαίνῃ τί μοι λέγειν
43, 6	διαττώμενον	διαττόμενον
44, 2	δύο λάβδα	δύο λλ; simili modo saepius discrepant
44, 12	οἱ ἄνθρωποι (𝔄?)	ἄνθρωποι i. e. ἄνθρωποι
44, 15	φοβοῦνται et	φοβεῖται et
17	πεφόβηνται	πεφόβηται
44, 17	δ᾽ ἐμοί	δέ μοι
45, 12	εἴπερ μέλλει τῷ μεγίστῳ δεσμῷ	εἴπερ γε ΗΙΧ Fl. b i. — μεγίστῳ om. ΛΙΧ — τῷ μεγίστῳ τῷ δεσμῷ Flor. b (?)
45, 21	λόγους λέγειν	λέγειν λόγους
45, 22	ὁ θεὸς οὗτος τέλεος	om. οὗτος (B?)
46, 6	δοκεῖ σοι	σοι δοκεῖ
46, 18	Ἄρη	Ἄρην
46, 21	Δημήτηρ . . . διδοῦσα ὡς μήτηρ κεκλῆσθαι	Δ . . . . δ. ὡς μήτηρ Δημήτηρ κεκλῆσθαι

Quid Platonis sit, apparet ex locis 399, C ὀρθῶς ὁ ἄνθρωπος ἄνθρωπος ὠνομάσθη ἀναθρῶν ὃ ὄπωπεν, ubi Stobaei codices recentiores eodem vitio, quo nostro loco familiae *α*, adspersi alterum

ἄνθρωπος omittunt, Borbonicus[1]) retinet, 410, A ὁ δὲ δὴ ἀὴρ . . . ὅτι αἴρει τὰ ἀπὸ τῆς γῆς ἀὴρ κέκληται. Verum iam recepit I. Bekker.

47, 5	φερρεφάττα	φερεφάττα
47, 8	φερσεφόνην	φερεσεφόνην
47, 10	τὴν θεόν	τὴν θεάν
47, 12	φερέπαφα	φερεπάφα
48, 1	κάλλιστα cum altera fam. β parte	κάλλιστον ΛIX Flor. b
48, 5	ὄνομα ἡρμοσμένον male	ὄνομα ἥρμοσεν ἓν ὄν
48, 15	τὰ ante λοῦτρα om. 𝔄??	
48, 16	ἕν τι ταῦτα	ταῦτα ἕν τι
49, 4	ἁπλῶν	ἁπλοῦν Flor. b i ΓHXlm, ἁπλὸν I, ·ἀπλὸν reliqui. Verum esse Ἄπλουν Bergkius Zeitschr. f. Alterth. 1843 p. 23 probavit.
49, 18	οὗ male om. ΔG pr. 𝔄	ἀντὶ τοῦ οὗ ἄλφα recte
49, 19	ἐμβάλλοντες	ἐμβαλόντες probb. editt.
50, 5	ὁμοπολοῦντος male om. pr. 𝔄Δ (archetyp. fam. α?)	
50, 14	Ἄρτεμις δὲ τὸ ἀρτεμὲς φαίνεται καὶ τὸ κόσμιον	om. τὸ ante κόσμιον

Sed ceteras scripturae diversitates omnes enumerare nolo; ex iis quae sequuntur singulas tantum afferam. Ac primum quidem subiungam locos, in quibus Bodleianum interpolatum esse, omnes editores concedunt. 79, 7 (420) ἡ γοῦν οἴησις τούτῳ συμφωνεῖ, οἶσιν γὰρ τῆς ψυχῆς ἐπὶ πᾶν (sic β) πρᾶγμα οἷόν ἐστιν ἕκαστον τῶν ὄντων δηλούσῃ προσέοικεν κτλ. Quae vera est lectio οἶσιν, in nullo nostrorum codicum legitur. Codices fam. β enim praebent εἶσιν vel εἶσι. 𝔄 et Π pr. m. οἴσειν ἴσως, Δ, Π II. man. et ξ solum ἴσως, Π III. man. εἶσιν ἴσως. Quid familiae α archetypus in textu habuerit, erui non potest, postea οἴσειν ἴσως superscriptum est, quae verba aut ambo in textum pervenerunt aut alterum ἴσως. Cum autem v. 7 in familia α interpolationem deprehenderimus, dubito, num in versu proximo ei fidem habere possimus, ubi τὸ πρᾶγμα pro πᾶν πρᾶγμα habet. Alter locus est 107, 16 (433, E), ubi καὶ ἢ pro ἢ scribunt 𝔄Θ, καὶ ἢ Π, quod sensu caret. καὶ in fam. α temere insertum esse ad 35, 12 diximus. Tertius est 94, 10 (427, D), ubi, cum verae lectionis πότερον loco is, qui codicum 𝔄ΔΠ archetypum scripsit πρότερον (cfr. Gorg. 45, 11 πρότερον pro πότερον 𝔄) pinxisset, lector quidam locum sanare tentavit ἃ ante πρότερον interiecto. Quod his locis ab omnibus concessum est, aliis quoque

1) C. Wachsmuthi liberalitate factum est, ut quid in hoc ceterorum archetypo insit, sciam.

locis concedendum esse arbitror. 58, 10 (409, E) ΣΩ εἴ τις ζητοῖ ταῦτα κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν φωνὴν, ὡς εἰκότως κεῖται, ἀλλὰ μὴ κατ᾽ ἐκείνην, ἐξ ἧς τὸ ὄνομα τυγχάνει ὄν, οἶσθα ὅτι ἀποροῖ ἄν; ΕΡΜ. εἰκότως γε. pro ὡς εἰκότως κεῖται praebet fam. *α* ὡς ἐοικότως κεῖται. Herm. vol. I p. XVIII ad hunc locum adnotat: „Revocavi p. 409, E ἐοικότως pro εἰκότως, quod etsi sententia fere pari tamen vel ideo non debebant B. S. T. recipere, quia mox in responso eadem vox aliorsum refertur, videturque Plato hac ipsa de causa rariorem formam usurpasse, ut non *probabiliter* vel *merito* sed *apposite ad similitudinem* interpretandam esse indicaret.“ Putat igitur Platonem finxisse Socratem daemonio ni fallor admonitum, providentem fore, ut, si ipse voce εἰκότως usurparet, et si forte accideret, ut εἰκότως respondere Hermogeni placeret, idem verbum bis brevi spatio diversa paulum significatione poneretur. Quod ne quis non intellegeret, Platonem Socrati non vocem εἰκότως tribuisse, sed novum quoddam formasse vocabulum. Vides, quas argutias protulerint, ut quae in Bodleiano invenissent, tuerentur. Tardi sane ingenii sciolus in duplici illo εἰκότως haerere, et, postquam haesit, in interrogatione aliquid mutare vocemque Atticis ignotam inducere poterat, Platonem in talibus non haesisse arbitror, aut si haesisset in responso non in interrogatione alio vocabulo usurum fuisse; non enim interrogantis est ambiguitates evitare, sed respondentis. — 52, 21 (407, C) . . . Ἠθονόην μὲν βούλεσθαι προσειπεῖν· παραγαγὼν δὲ ἢ αὐτὸς ἤ τινες ὕστερον ἐπὶ τὸ κάλλιον, ὡς ᾤοντο, Ἀθηνάαν ἐκάλεσαν· sic Bekker cum fam. *β*, fam. *α* Ἀθηνᾶν probb. Turicc. Herm. Formam Ἀθηναίας 74, 2 (417, E) ex Bodl. (si Gaisfordii silentio fides est habenda) et ex fam. ξ (Ἀθηνάας ΔΠ, Ἀθηνᾶς *β* recipere non dubitaverunt, Ἀθηναίη Euthyd. 302, D, quod Eustathius praebet contra codicum auctoritatem aut simpliciter, aut ita receperunt, ut in Ἀθηναία (cod. omnes Ἀθηνᾶ) mutarent; hoc loco formam contractam (cum fam. *α*) praetulerunt. Longioribus autem formis (non minus quam verbis ab Attico sermone alienis, ut ἑτάζω cett.), si etymologiae, quam afferebat, melius convenirent, Plato uti non dubitavit. p. 43, 23 (402, E) veriloquii ratione ductus Ποσειδῶνα (omn. codd.) et 49, 18 (405, E) Ἀπόλλωνα (omn. codd.) dixit[1]), cum ceteris locis contracto horum nominum accusativo usum esse, codicum consensu satis demonstretur. (Ἀπόλλω Crat. 47, 18 (404, D), 46, 18 (404, B), ubi ΙΧ peccant, Phaedo 9, 14 (60, D), ubi solus Flor. b peccat, Ποσειδῶ Cratyl. 43, 15 (402, D), ubi, qui codices ΙΧ a b c (archetyp. *β*?) scripserunt, eo, quod sequitur Πλούτωνα, in errorem perducti sunt). An qui his formis ab Atticorum consuetudine alienis non abstinuit, eum h. l. longiorem formam recepisse negabimus, qua aliis locis usus est, quamque etymologia, quam proposuit, poscere

1) Buttmanni de horum formis solutis sententiam quod non improbavit Kühner gr. gr. I² 331 miror.

videtur atque flagitare? Si quid omnino hoc loco dubium est, utrum Ἀθηναία, quae Atticis Euclidis anno vetustioribus propria est forma, an Ἀθηνάα, quod rarius invenitur, (cfr. e. g. Keil, Philol. Suppl. II, 556) scribendum sit, ambigi potest. Forma Ἀθηνάα autem, quae et altera familia praebetur, et minus ab alterius scriptura discedit, et voci quam Plato finxit Ἠθονόη similior est, videtur praeferenda. Recepit eam Bekker. — 77, 7 (419, C) ἥ τε λύπη ἀπὸ τῆς διαλύσεως τοῦ σώματος ἔοικεν ἐπονομασθῆναι. pro ἐπονομασθῆναι habet 𝔄: ἐπωνομασθῆναι, fam. *β*: ἐπωνομάσθαι. Bodleiani scriptura est vitiosa. Utram igitur familiam ad eam sanandam adhibeamus? Videamus, quae leguntur 77, 5 ἔοικε ... ἔχειν τοὔνομα; 77, 10 φαίνεταί μοι ὠνομασμένον; 77, 11 κεκλημένῃ ἔοικεν; 77, 12 ἀπεικασμένον, 14 ἔοικε κεκλημένῃ; 16 κέκληται, et perfectum requiri concedemus. Qui archetypum *α* scripsit, erravit, errorem eius ἐπωνομασθῆναι in Bodleiano servatum invenimus, in recentioribus eiusdem familiae in ἐπονομασθῆναι mutatum. — 88, 15 (424, E) ... ἐπίστασθαι ἐπιφέρειν ἕκαστον κατὰ τὴν ὁμοιότητα ἐάν τε ἓν ἑνὶ δέῃ ἐπιφέρειν ἐάν τε συγκεραννύντα πολλὰ ἑνί, ultimam vocem ἑνὶ addunt 𝔄ΔG, pr. Π probb. editt., om. fam *β* et *ξ*. Si ad comparationem respicimus, quae sequitur: ὥσπερ οἱ ζωγράφοι βουλόμενοι ἀφομοιοῦν ἐνίοτε μὲν ὄστρεον μόνον ἐπήνεγκαν, ἐνίοτε δὲ ὁτιοῦν ἄλλο τῶν φαρμάκων, ἔστι δὲ ὅτε πολλὰ συγκεράσαντες οἷον κτλ., respondent verba ἐνίοτε μὲν ὄστρεον μόνον ἐπήνεγκαν, ἐνίοτε δὲ ὁτιοῦν ἄλλο τῶν φαρμάκων verbis ἐάν τε ἓν ἑνὶ δέῃ ἐπιφέρειν, quae sequuntur ἔστι δ᾽ ὅτε πολλὰ συγκεράσαντες verbis ἐάν τε συγκεραννύντα πολλά, vocabulo ἑνὶ vero quod respondeat non est. Complures, id enim sibi vult Plato, colores commiscent, non plures colores uni commiscent, ut recte perspexit Schleiermacher, qui (Platos Werke II, 2. Berlin 1807. p. 92) vertit: dann müssen wir verstehen nach Maassgabe der Aehnlichkeit zu verbinden, es sei nun einzeln eines mit dem andern oder indem man mehreres zusammenmischt. Ad συγκεραννύντα πολλὰ igitur ἑνί pertinere non potest, ad vocem ἐπιφέρειν non magis referri potest. Cum familia *β* igitur hanc vocem omittere eo minus dubitabimus, cum ne in familia *ξ* quidem, quae perraro in Cratylo a familia *α* discrepat, legatur. — 54, 11 (408, A) voces τὸ λέγειν δή ἐστιν εἴρειν glossema esse iam Cornarius vidit. Postquam 35, 13 (398, D) τὸ γὰρ εἴρειν λέγειν ἐστίν et 54, 8 (408, A) τὸ εἴρειν λόγου χρεία ἐστί tribus versibus post τὸ λέγειν δή ἐστιν εἴρειν dicere non potuit. In archetypo fam. *α* lector hanc enuntiationem ἀσυνδέτως positam esse non sine causa miratus post τὸ addidit δὲ; familia *β* hac altera interpolatione vacat. Interpolatio igitur in familia *α* h. l. ut 8, 1 (ἰδίᾳ ἑκάσταις ἐνίοις) interpolationem peperit.

Quoniam autem familiam *α* interpolatam esse exemplis demonstravimus, quaerendum est, num eodem vitio laboret familia *β*. De locis 10, 16 ubi τῶν ὄντων addit *β* et 19, 11, ubi omisso γε ὢν post ὀλίγον addit γὰρ, quid sentiremus, iam diximus. His addendi

sunt loci: 87, 7 (424, A) εἰ ἄρα τοῦτο ἀληθὲς, ἤδη ἔοικεν ἐπισκεπτέον περὶ κτλ. 𝔄Δ pr. Π Flor. d probb. Stallb. Turr. Herm., ante ἔοικεν addunt ὡς familiae *β* et *ξ*. Quod additamento sane non dissimile est, sed cur eum, qui paulo post 87, 11 ὥστ' temere omisit, quique Protg. 179, 18 (325, C) et, si Bekk., Stallb., Turicenses recte iudicaverunt, Parm. 16, 8 (133, A) omisso ὡς peccavit, hoc loco idem fecisse negemus, praesertim cum hoc quoque loco familia *ξ* in Cratylo cum *α* artissime cognata particulam praebeat? — 67, 7 (414, C) ἐπεὶ (καὶ add. *β*) ἐν τῷ κατόπτρῳ οὐ δοκεῖ σοι ἄτοπον εἶναι τὸ ἐμβεβλῆσθαι τὸ ῥῶ. Pronomen σοι aute ἄτοπον om. 𝔄ΔΠ Flor. d (= fam. *α*) et pr. Υ, quod cum ne Hermann quidem expellendum esse censeat, ego interpolatori tribuere non audeo. Videtur igitur ab archetypi *α* scriba litterarum ΔΟΚΕΙΣΟΙ similitudine in errorem perducto omissum esse. Quod autem ad particulam καὶ attinet, quam. fam. *α* omittit, *β* probb. Bekk. et Stallb. addit, idem invenimus factum esse 5, 10 (384, D) τοῦτο εἶναι καὶ τὸ ὀρθὸν (probb. Bekk.), 10, 5 (386, E) ἀλλὰ καὶ καθ', 89, 12 (425, B) εἴτε . . εἴτε καὶ μὴ (prob. null.), 92, 16 (426, E) διὸ φαίνεταί μοι τούτῳ καὶ πρὸς ταῦτα κατακεχρῆσθαι, 101, 21 (431, A) καλῶς γε σὺ ποιῶν, ὦ φίλε, καὶ εἰ ἔστι τοῦτο οὕτως (prob. null.). Praeterea conferendus est locus 11, 17 (387, C), ubi pro οὐκοῦν τοῦ λέγειν μόριον τὸ ὀνομάζειν· ὀνομάζοντες γὰρ ποῦ λέγουσιν τοὺς λόγους fam. *β* habet ὀνομάζειν· καὶ διονομάζοντες. τὲ καὶ pro καὶ habet 57, 17 (409, C) et 70, 4 (416, A). Articulum invenimus a familia *α* omissum, a *β* additum his locis: 30, 5 (396, B) τῷ Διὶ καὶ τῷ Ζηνί probb. editt., 48, 15 (405, B) καὶ αἱ τοῖς μαντικοῖς περιθειώσεις τε καὶ τὰ λουτρὰ τὰ ἐν τοῖς τοιούτοις καὶ αἱ περιρράνσεις κτλ. probb. Bekk. Stallb. Turicc., 61, 5 (411, C) ἀλλ' αὐτὰ τὰ πράγματα οὕτω πεφυκέναι probb. editt., 64, 9 (413, A) τί οὖν ποτ' ἔστιν, ὦ ἄριστε, τὸ δίκαιον probb. Bekk. Stallb. (omiserunt Turicc. et Herm.!) 64, 17 (413, B) καταγελᾷ μου οὗτος ὁ ἀκούσας καὶ ἐρωτᾷ, prob. Bekk., 86, 10 (423 D) ἔοικε . . οὐδὲ περὶ ταύτας τὰς μιμήσεις ἡ τέχνη ἡ ὀνομαστικὴ εἶναι probb. Bekk. Turicc.[1]). — Praeterea autem addit fam. *β* pronomen τίς 11, 21 (387, C) οὐκοῦν καὶ τὸ ὀνομάζειν πρᾶξίς τίς ἐστιν εἴπερ καὶ τὸ λέγειν πρᾶξίς τις ἦν περὶ τὰ πράγματα (probb. Bekk. Stallb.). — 79, 8 (420, B) scribunt πᾶν πρᾶγμα pro τὸ πρᾶγμα, quod α habet, cfr. supr. p. 625 et 46, 21 (404, B) addit Δημήτηρ cfr. supr. p. 624.

En habes locos, in quibus quis familiam *β* in interpolationis suspicionem vocare possit — quo iure id h. l. non decerno. Licet enim, id quod nemo dixit, nemo dicet, haec omnia a Platone non profecta sint, deteriorem hanc familiam altera esse ex iis colligi

---

1) Particula καὶ vel articulo addito vel omisso saepissime discrepant duae quoque illae familiae in quas codices Aristotelis Politica continentes discedere docuit Susemihl. Cfr. eundem in praefat.

non potest. Vitiis enim ita comparatis familia *α* quoque maculata est (addit e. g. quod cum *β* omittendum 50, 14 (406, B) τὸ, 35, 12 (398, D) καὶ, 8, 8 (386, A) 9, 7 (386, C) 14, 2 (388, C) etc. verbum substantivum.). Contra vero tales interpolationes, immoderata licentia in Platonis textum illatae, quale est illud πότερον ἢ οὒ 3, 10 (383, B), in familiae *β* non inveniuntur. Certe igitur cur prae familia *α* alteram contemnamus, non est. Utraque ex codice multis variisque vitiis inquinato originem duxit, utraque igitur ad haec detrimenta sananda alterius auxilio eget.[1])

Quod ad ceteros dialogos attinet, ne in his quidem, si textum, iis quae Plato scripsit quam maxime adsimulare volumus, alteram familiam neglegere possumus. In unoquoque sex priorum tetralogiarum dialogo sua quaeque familia habet vitia, quamquam non in omnibus tanta est scripturarum diversitas, quantam in Cratylo invenimus, quantamque Amatores, Euthydemus alii praebent.

In Parmenide — ad quem collati sunt

ex familia *α*: 𝔄ΔΠ Tubing. Flor. g
„ „ *β*: ΓΛBCEFHI Flor. a b c i
„ „ *γ*: ΣΥ (Ξ) Zittav.

quibus accedunt, qui Parmenidi addunt Procli commentaria, Parisini DQR — non inopportune accidit, ut auctoritas familiae *β* testimonio non illo quidem gravi, at certe non spernendo confirmetur. In fragmento enim illo philosophico, quod ex codice Bobiensi saeculi VI vel V R Peyron (Rivista philol. I, p. 60 seqq.) typis describendum curavit huius dialogi particula (Bekk. p. 32, 6 αρ ουν — 33, 11 ερει (pro αιρει) est servata, quae quamvis negligenter sit scripta, tamen non indigna videtur, quae commemoretur, cum iis locis, ubi inter se familiae *α* et *β* (cum qua ξ consentit) discrepant, constanter cum *β* faciat. Habet enim

32, 13 διάφορον cum *β*, probb. editt. διάφερον *α*.
32, 17 τὸ cum *β*, quod probb. editt., om. *α*.
32, 18 ἀνάγκη γάρ cum *β* probb. editt., ἀνάγκη γὰρ ἄν *α*.
32, 2 χρόνον γίγνεσθαι cum *β*, γίγνεσθαι χρόνον *α* probb. editt.

Sexto igitur vel quinto saeculo familiae *β* lectiones exstitisse constat. Quod velim meminerit, qui forte (cfr. Herm. Plat. dial. vol. I, p. V), an anno 896, quo Bodleianum scriptum esse constat, ulla iam exstiterit ceterorum lectio ab illo discrepans, dubitaverit.[2])

---

1) Hanc meam de familiae β auctoritate sententiam non mediocriter video eo confirmari, quod I. Bekker, qui Bodleiani auctoritatem certe non contempsit, saepissime fam. β lectiones recepit, quas posteriores, qui Bodleiano paucisque ei cognatis simpliciter obediendumesse causis ut vidimus non idoneis persuasum habebant, reiecerunt. cfr. e. g. 5, 10; 11, 21; 24, 15; 29, 9; 33, 2; 35, 14; 37, 3; 46, 21 etc.

2) Miratur fortasse quispiam, quod hoc fragmentum contuli, multos illos locos neglexi, quos ex Platonis operibus excerptos Stobaeus, Eusebius, alii attulerint. Quod ut faciam, eo sum commotus quod, qui florilegium,

Plura quam de Parmenide de Phaedone proferre liceat, ut quid de iis, quae nuper M. Schanz (Nov. comment. Plat. p. 129 sqq.) de hoc dialogo disputavit, iudicandum sit videamus. Collati sunt ad Phaedonem a Bekkero

fam. α codd. 𝔄ΔΠΦGs
β „ ΓΛΕΗΙL
ξ „ Υ[1]) (Ξ)

apud Stallbaumium collectae sunt lectiones Bodl. (= 𝔄), Vatic. (= Δ), Venet. b (= Π), Flor. d, Tubingensis (a Reussio collati, cfr. Fischer Platonis Euthyph. Ap. Crit. Phaed., Lips. 1783 p. VII) = fam. α[2]).

Paris. (= B), Flor. a b c i m August. (Fischer l. l. p. IV) = fam. β.

De Vindobonensibus, quos Stallbaum. (vol. IX p. XII, ed. Weigel.) inter eos, qui ad Phaedonem collati sint, affert, cfr. eundem l. l. p. 112. Lectiones, quas ex iis attulit Wyttenbachius non sufficiunt, ut ex iis, cui quisque familiae in Phaedone adnumerandus sit, cognosci possit. Vindob. 2 = Υ Bekk. ad fam. ξ pertinet, ceteri ut videtur, ad fam. α.

Familia α in hoc dialogo in duas discedit partes, interpolatorum ΔΠΦGs Flor. d et non interpolatorum 𝔄 Tub. Nam quod M. Schanz l. l. p. 154 dicit codices ΔΠ in Phaedone „alium fontem secutos“ esse, errat. Eadem est eorum origo in hoc dialogo atque in ceteris. Cfr. hos locos, in quibus 𝔄ΔΠΦGs contra ceteros (fam. βξ) consentiunt: 3, 16 add. οὖν, 6, 17 ὁ add., 7, 17 εἰϲῄειμεν (cum ΓC, ᾔειμεν ceteri), 8, 17 ἐξέτριψε (cum C, ἔτριψε ceteri), 8, 21 ἐθέλειν (cum C, θέλειν ceteri), 9, 10 ἀλγεινὸν (pro „u“ apud Bekk. scribendum videtur „s“), 9, 11 ὦ C. ἔφη (cum ΓL, ceteri ἔφη ὦ C.), 11, 1 δή add., 11, 3 τούτουϲ (cum C, ceteri τούτων), 11, 5 ὡϲ τάχιϲτα add., 11, 9 ἄν om., 12, 12 ἀκούϲαιϲ (ceteri ἀκούϲαιο C? G?), 15, 1 πρὸϲ ταῦτα add. cum C, G habet πρὸϲ αὐτά, 17, 12 καὶ οἵου θανάτου add., 24, 18 εἰ add., 30, 17 τοῦτο οὖν add., 31, 3 γε om., 12 μέν add., 19 εἶναι ἐξ ἑκατέρων εἰϲ (s? ceteri εἶναι ἑκατέρου εἰϲ), 33, 9 ἐδόκει add. cum C, 37, 20 μέντοι, ceteri τοίνυν, 38, 19 τόδ' om. (s?), 40, 2 πρὸ τοῦ ἄρα, ceteri πρὸ γὰρ τοῦ, 41, 6 ὦ Ϲιμμία add., 42, 15 αὐτῶν add., 44, 21 ἔχειν, ceteri ἕξειν, 45, 6 τὲ om., 47, 17 ἢ add., 48, 19, 55, 5 etc. 𝔄ΔΠΦ consentiunt praeterea 5, 18, 6, 7, 8, 2, 8, 5, 9, 18, 12, 4 etc. Cum autem codices Bodl. et Tubing. e codice descripti sint, qui archetypi sui lectiones integras servaverat,

---

ex quo illi Platonis locos sumpserunt, composuit, Platonis codice usus esse videtur, qui neque ad ullam nostrarum familiarum pertinebat, neque ab archetypo his communi pendebat.

1) Hic codex inde a. p. 85, 5 Bekk. rec. man. scriptus est.

2) Novae collationis Bodleiani et Tubingensis accuratissime confectae specimen in Schanzii libro laudato invenitur.

in eo, ex quo ΔΠ cett. originem duxerunt[1]), homo aliquis non indoctus multa mutavit atque addidit, quae postea in verborum ordinem recepta sunt, pauciora, ut videtur, ab illo, qui codicem Π scripsit, plura ab iis, qui ceteros scripserunt, cfr. Schanz l. l. p. 154. In Bodleiano magnam eorum partem margini a diversis manibus adscripta invenimus. Has codicum ΔΠΦ cett. lectiones a Bodleiano (I. m.) et Tubingensi non confirmatas Schanz, qui ne unam quidem earum neque sententiarum nexu, neque Platonis dicendi consuetudine postulari eximia diligentia exposuit, in Platonis verbis refingendis non curandas esse rectissime docuit. Non igitur, ut exemplo utar, Hermann p. 66 B, 21, 9 vocem ἡμᾶς in suspicionem vocare debebat, quia in codicibus certa sede careret (praef. vol. I, p. XII). Ubi enim huius verbi sedes esse debeat, cum 𝔄, Tub., fam. *β* et ξ consentiant, dubium esse non potest. De his igitur recte iudicavit Schanz, erravit, quod ab his eas lectiones, quas codices familiae *β* suppeditant, seiungendas esse non vidit. Non minus enim, quam in ceteris dialogis, in Phaedone hanc familiam ad familiae *α* vitia sananda adhiberi oportet. Schanzius ipse p. 148 locos non paucos attulit, in quibus, quae 𝔄 pr. m. et Tubing. praebent, vitiosa esse negare non potest. Nec minus eum in 𝔄 et Tub. peccatum esse, in familia *β* genuinam lectionem servatam esse, his locis negare credo:

16, 10 (63, E) μέντοι *α*, μέν τι *β*
20, 5 (65, C) τί δή 𝔄 Tub. (Fischer l. l. p. 271, 23), ἤδη *β* cum cett.
28, 14 (69, D) ἀπολιπών 𝔄Π, ἀπολείπων *β* cum cett.
46, 6 (78, A) ἀναγκαιότερον *α* pro ἂν εὐκαιρότερον
78, 6 (93, D) εἰ 𝔄ΠΥ Tub. (Fischer p. 394, 28) L pro ἤ
86, 6 (97, C) αὐτῶν Π, pr. 𝔄, αὐτός Tub. (Fischer p. 410, 9) pro αὐτῷ
89, 11 (99, B) ὄμματι *α* pro ὀνόματι
96, 21 (102, E) ἐκεῖνος 𝔄Π (Tub.?) pro ἐκεῖνο
97, 3 (102, E) αἴτιον 𝔄ΠΥ Venet. a (= Σ) Zitt. Tub. (Fischer p. 430, 19)
98, 16 (103, D) αὐτὸ 𝔄ΠΥ pro αὐτῷ
98, 18 (103, D) τολμήσειεν pr. 𝔄, τολμήσειε Tub. (Fischer p. 433, 10) pro τολμήσειν
100, 15 (104, D) ἀναγκάζειν 𝔄ΠΥ Tub. (Fischer p. 437, 3) pro ἀναγκάζει
102, 6 (105, B) ὁρῶ *α* (de Π = Venet. b testatur Stallb.) pro ὁρῶν
117, 17 (113, B) ἔτι ὀνομάζουσιν 𝔄, pr. Π, Tub. pro ἐπονομάζουσιν cfr. 117, 22 ὃν ἐπονομάζουσι Στύγιον

[1) Hunc codicis ΔΘ fontem ipsum Bodleianum esse docuit Schanz Studien p. 51 seqq. Nam quod ille de nonnullis dialogis demonstravit, quin de omnibus priorum VI tetralogiarum valeat, cave dubites.]

117, 20 (113, B) αὐτοῦ ΠΥ pr. 𝔄 pro αὖ cfr. idem vitium in familia α Parm. 132, A, 14, 9, ubi Hermann Bodleiani scripturam tuiturus αὖ που scripsit

124, 10 (116, C) ἄριστα 𝔄Π (Tub.?) pro ῥᾷστα

125, 7 (117, A) ποιῶν 𝔄Π cum C, ἀπιών ΓΔG pro πιών.

At haec sunt vitia scribarum errore in Bodleianum eique cognatos illata[1]), gravioris sunt momenti loci, in quibus minus errore quam consilio Platonis verba mutata, aut verba a Platone non profecta videntur addita esse. His sciolorum interpretamentis vel additamentis deberi codicis 𝔄 lectiones omnes consentiunt his locis:

10, 1 (60, D) ὡς ὅτε 𝔄 Tub. (quod frustra excusare studet Schanz N. C. Pl. p. 155) pro ὡς

13, 7 (62, C) φησί 𝔄 Tub. pro ἔφη

18, 7 (64, D) καὶ add. 𝔄 Tub., cfr. 21, 4 (66, A), et 112, 3 (110, C)

19, 15 (65, C) ποῦ τοῦ ποτε 𝔄 που τουτοτε Tub. (Fisch. 270, 11) inepte pro που τότε.

27, 17 (69, C) εἶναι add. 𝔄 Tub. (Fisch. p. 288, 44); errat, ut non raro, Stallb., qui „unum Bodl." εἶναι additum habere narrat.

31, 5 (71, A) κἂν ἄν 𝔄 Tub.

35, 21 (73, B) σοί add. 𝔄Π Tub. (Fisch. p. 306, 21), omittunt editores.

46, 15 (78, B) τοῦ διασκεδάννυσθαι 𝔄Π Tub. „quod redolet criticorum sapientiam" Stallb., editores cum ceteris τὸ δ.

54, 18 (82, B) add. οὐ 𝔄Π (Tub.?)

79, 11 (94, B) ὡς εἰ 𝔄 (Schanz N. C. Pl. 150) et Tub. (Fischer p. 395, 3), οἷον cum ceteris codd. editores, ὡς cum Bodleiani margine altera Schanz

81, 6 (95, B) et 121, 20 (115, B) add. μέν 𝔄ΠΥ Tub. om. β et editores

83, 2 (96, A) ἄν add. 𝔄Πs Flor. d Tubing. Zittav. et Δ teste Schoenio, qui huius codicis collationem confecit, quam Sauppius, qua est erga me benevolentia, inspicere mihi permisit, om. β et editores

84, 2 (96, C) ὥστε ἄποτ ἔμαθον καὶ ἅ 𝔄, ὥστε ἄποτ' ἔμαθον καὶ ἅ Tub. (Schanz NCPl. p. 135) ὥστε ἀπέμαθον καὶ ταῦτα ἅ β, cui obsequendum. Idem enim, qui ex ἀπ fecit ἄποτ in fam. α, delevit ταῦτα

86, 8 (97, D) add. ἐκείνου 𝔄Π Tub. et Venet. a (= Σ) Υ Zitt. (= fam. ξ)

86, 20 (98, A) in magna codicum dissensione verum praebent ΛE Flor. b pr. m. Eustath.

91, 2 (100, A) ὄντων add. αξ om. β probb. editt.

93, 18 (101, C) οἰόμεθα α ξ, οἶσθα β probb. editt.

---

1) Cum facile his locis, quid verum sit, inveniri possit, non raro in familiae α codicibus recentioribus (ΔGs) veram lectionem coniectura restitutam invenimus.

100, 6 (104, C) πρὶν ἤ 𝔄, quod cum Fischer servaverit, in Tubingensi quoque inesse verisimile est (unde Stallbaumius Tubingensem ἤ omittere compererit, nescio.)

103, 3 (105, D) τί νῦν δὴ ταῦτα 𝔄Π Tub. (Fischer p. 442, 1), τί νῦν δὴ ὡμολογήσαμεν CEHIL Paris. (= B) Flor. m August. ὡμολογήσωμεν Λ (de Florr. a b c i tacet Stallb.)

108, 18 (108, D) pro ἅ scrib. δέ 𝔄Υ et, ni fallor, Tub. (pro August enim apud Fisch. p. 455, 7 Tub. legendum esse verisimile est)

116, 19 (112, E) πρὸς add. 𝔄Π Tub. et ξ „unde Herm. effinxit πως .... quamquam πρός ex glossemate ad ἄναντες adscripto natum videtur" Stallb. (ed. IV.). Ut igitur Hermannum in Parmenide (132, A) ad voculam που refugere videbamus (cfr. p. 632) ita h. l. ad πως particulam decurrit, ut Bodleiani lectionem tueatur. Vitiosam esse Bodleiani scripturam facile concedit, alteram familiam Platonis verba integra servasse concedere non vult.

Non autem his tantum locis, sed multis quoque aliis genuina scriptura non a familia α sed ab altera servata est.

Cuius modi locos antequam proferamus, iterum monere fortasse non inutile est locos, quos Schanz tractavit in duas disiungendas esse partes, quarum altera eos complectitur, in quibus contra familiae α interpolatos, altera eos, in quibus contra eos, quos familiae β nomine comprehendimus, pugnat. Quae de prioribus disputavit, non probare non possumus, quae de posterioribus ea magna ex parte minus recte disputasse mihi videtur. Atque causa horum errorum in eo est posita, quod de melioribus quoque familiae β codicibus valere putat[1]), quod Cobet Mnem. IX, 337 dixit: „Si quid ex iis (i. e. deterioribus libris Platonicis) hic illic profertur boni, in iis locis, ubi meliores titubant aut hallucinantur, debetur vera lectio non fidelioribus libris antiquis olim deperditis, unde illi manaverunt, sed sollerti coniecturae et felici emendationi, quales semper acutior aliquis inter legendum excogitare et reperire solet." Qui paullo accuratius nec quidquam praeiudictae opinionis afferens lectionum a familiae β codicibus sive omnibus sive optimis prolatarum naturam inspexerit, eas non coniecturae vel emendationi sed antiquo libro fideli deberi negare non poterit. Duae, ut diximus, (vel tres) sunt codicum familiae, sua quaeque ratione a ceteris diversa nobis tradita. In utriusque deteriores quadrat, quod Cobetus dixit. Si igitur codices Γ, G, Gudianus, alii ubi familiae et α et β meliores peccant, quae vera esse videntur, praebent, has esse coniecturas et emendationes putabimus, si vero in familia β veram, in α vitiosam esse lectionem invenimus, mendum consilio vel errore in α illatum est, non verum in β. An omnibus eis locis, quos antea attulimus, illatum esse verum in familiam β revera contendas?

At alios illis adiungere volebam. Ac primum quidem locos

1) l. l. p. 148.

addamus, quos „praepositionibus inserendis librarii vexarunt". Schanz docuit; l. l. p. 137 deteriores familiae *α* libros hoc vitio affectos esse familia *β* eodem modo inquinatum esse ut probaret, unum tantum exemplum idque sane dubium afferre potuit: 67, D (l. l. p. 129). Familiam *α* hoc vitio non carere apparebit, si hos locos spectaveris.

43, 2 (76, D) ἢ ἐν τούτῳ ἀπόλλυμεν ἐν ᾧπερ καὶ λαμβάνομεν. alterum ἐν add. fam. *α* contra Graecorum morem cfr. Stallb. om. *β* ξ.

6, 7 (59, A) .. κρᾶσις ἀπό τε τῆς ἡδονῆς συγκεκραμένη ὁμοῦ καὶ ἀπὸ τῆς λύπης *α*, alterum ἀπὸ om. *β* ξ prob. Bekk.

116, 19 (112, E) πρὸς add. 𝔄Π Tub. (Fischer p. 474, 31) Δ Flor. d, ΥΣ (= Venet. a) Zitt. i. e. *α* et ξ, quod variis modis tentaverunt editores, cfr. supr.

p. 130 (fin.) dicit Schanz librariis verba simplicia offensioni esse; ponere igitur composita „veluti 68, A πολλοὶ δὴ ἑκόντες ἠθέλησαν εἰς Ἅιδου ἐλθεῖν. M. a. in mg. l. l. μετελθεῖν. „Si Bodl. marginem et Coislinianum Γ excipias omnes codices praebent ἐλθεῖν. Attamen recte sese habere, quod Schanzius dixit, his exemplis e familia *α* petitis demonstratur.

106, 5 (107, B) codices familiae *α* habent διέλητε (vel διέληται, similia), alterius ἕλητε (vel ἕληται). Editores omnes priores secuti sunt, ni fallor ab interpolatore decepti. „Quin immo et haec bene dicis" — inquit Socrates — „o Simmias, et positiones primae, quamvis fide vobis dignae videantur, diligentius tamen considerandae" καὶ ἐὰν αὐτὰς ἱκανῶς διέλητε, ὡς ἐγῷμαι, ἀκολουθήσετε τῷ λόγῳ καθ' ὅσον δυνατὸν κτλ., „atque si illas satis, ut arbitror, diiudicaveritis, sequemini etc." Sed non satis est τὰς πρώτας ὑποθέσεις quam diligentissime considerare atque exponere, ut fidem iis habeamus; necesse est, ut eas etiam accipiamus, comprehendamus, ἕλωμεν. cfr. locum simillimum Politic. 282, C τὸ συγκριτικὸν τοίνυν αὖ σοι . . . μόριον ὦ Σώκρατες διαιρετέον εἴπερ ἱκανῶς μέλλομεν τὴν προρρηθεῖσαν ὑφαντικὴν αἱρήσειν, ubi διαιρεῖν idem fere est, quod hoc loco σαφῶς ἐπισκέπτειν, αἱρεῖν vero idem significat, quod h. l. desideratur „comprehendere".

Non minus 9, 3 (60, B) in verbis ὥσπερ ἐκ μιᾶς κορυφῆς συνημμένω δυ' ὄντε praepositio συν, quam ex familia α receperunt editores ex iis quae sequuntur addita videtur, ubi legitur: ὁ θεὸς βουλόμενος αὐτὰ διαλλάξαι πολεμοῦντα, ἐπεὶ οὐκ ἐδύνατο (hanc formam praebent 𝔄, Flor. b, alii) συνῆψεν (sic 𝔄 Tub. teste Schanz p. 156 et Florentini) εἰς ταὐτὸν αὐτῶν τὰς κορυφὰς κτλ. Hoc loco autem non dicitur deum ea coniunxisse, sed ex uno quodam vertice suspendisse. Cum vero simplex ἅπτω raro inveniatur, ex iis quae sequuntur sciolus praepositionem mutuatus est. Omittunt praepositionem Stob. Ecl. phys. I, 42, 2, fam. *β* ξ.

8, 17 (60, B) συνέκαμψέ τε τὸ σκέλος καὶ ἔτριψε τῇ χειρί κτλ. Ita in Florr. b i Paris B pr. m. ΕΛΙ August. legitur, in ceteris,

ut videtur, ἐξέτριψε, quod probavit Fischer, receperunt Turicc. Herm. Stallb. ed. IV. In Steph. thes. III, 609, postquam aliae huius vocis significationes (exterendi, terendo excutiendi, simm.) enumeratae sunt, legitur: „Porro exp. non solum terendo et tundendo elicio, item emundo, sed etiam confrico nec non consumo". Exempla, quibus consumendi, delendi cett. significatio probetur, adduntur, non item fricandi vel confricandi. Nescio igitur, an interpolator hoc verbum obtruserit, cfr. Gorg. 54, 11, ubi in solo Parisino E ἐξελέγξῃς pro ἐλέγξῃς scriptum exstat. Idem forte valet de verbo διεξελθεῖν 𝔄 Tub. (Schanz l. l. p. 130) ΔΦG Flor. d (διελθεῖν reliqui) 5, 15 (58, D). cfr. contra διελθεῖν pr. 𝔄 (Schanz p. 146) Π (= Venet b Stallb.) Tub. (Fischer), διεξελθεῖν reliqui.

Vitii igitur („praepositiones insertas esse") quod in familia *β* uno exemplo Schanzius probare potuit, complura exempla in *α* invenimus. Atque ut hoc vitiorum genere familia *α* maculata est, ita ne ullo quidem ceterorum, quae Schanzius l. l. attulit, vacare demonstrari potest. Sed haec missa faciamus, aliud potius mendorum genus in Bodleiano Tubingensique obvium, a Schanzio iusto magis neglectum, paucis commemoremus. Non solum enim libidine librariorum verba mutata atque addita, sed multis etiam locis levitate eorum voces omissae sunt. Schanzius, qui nunquam fere ad Bodleiani Tubingensisque lectiones probandas argumenta ex sententiarum nexu et grammaticae legibus desumpta affert, sed in eo plerumque acquiescit, ut, quid in illis codicibus scriptum sit, testetur, talibus quoque locis satis fecisse sibi visus est, si in Bodleiano Tubingensi verba omissa esse affirmet. At num possumus tantum codicibus tribuere, quos omissis verbis librariorum levitatem commaculasse certis exemplis demonstratur? Qui codicum 𝔄 Tub. archetypum scripsit, litterarum similitudine deceptus 102, 10 (105, C) οὐδὲ ἂν ἔρῃ, ᾧ ἂν σώματι τι ἐγγένηται, νοήσει, οὐκ ἐρῶ ὅτι ᾧ ἂν νόσος, ἀλλ' ᾧ ἂν πυρετός· οὐδ' ᾧ ἂν ἀριθμῷ τί ἐγγένηται, περιττὸς ἔσται κτλ. omisit voces νοήσει — ἐγγένηται (𝔄 in mg., Tub. om. Fischer p. 441, 9), 32, 7 (71, C) τὸ δὲ ἐγρηγορέναι καὶ ἐκ τοῦ καθεύδειν τὸ ἐγρηγορέναι γίγνεσθαι voces καὶ — ἐγρηγορέναι (καὶ — καθεύδειν 𝔄? de Tub. cfr. Fischer 299, 8), idem fecisse cur negemus 11, 14 (61, C) καθῆκε τὰ σκέλη ἀπὸ τῆς κλίνης ἐπὶ τὴν γῆν (ἀπὸ τῆς κλίνης om. 𝔄 Tub. prob. Herm.), 57, 2 (83, B) ἡσθῇ ἢ φοβηθῇ ἢ λυπηθῇ ἢ ἐπιθυμήσῃ κτλ. (ἢ λυπηθῇ om. 𝔄 Tub. Schanz p. 150), 69, 6 (89, B) τὰς καλὰς ταύτας κόμας (ταύτας om. 𝔄Π Tub. Schanz p. 134)? Ne Schanzius quidem negabit καὶ temere omissum esse 117, 4 (112, E) in verbis καὶ δὴ καὶ ὑπὸ γῆν (om. alterum καί 𝔄 Tub. Fischer 475, 6), idem vitium 27, 15 (69, C) in verbis χωριζόμενα δὲ φρονήσεως καὶ ἀλλαττόμενα ἀντὶ ἀλλήλων (καὶ om. 𝔄 pr. Π pr. Tub. inesse concedere reformidat (l. l. p. 142). Non negabit 40, 17 (75, C) μᾶλλόν τι ἢ καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ καλοῦ particulam ἢ in 𝔄Π Tub. et 27, 5 (69, A) μὴ γὰρ οὐχ αὕτη ᾖ ὀρθὴ

πρὸς ἀρετὴν ἀλλαγή verbum ᾖ in 𝔄 male omitti, 118, 19 (113, E) autem διὰ τὰ μεγέθη τῶν ἁμαρτημάτων, ἢ ἱεροσυλίας πολλὰς καὶ μεγάλας ἢ φόνους ἀδίκους κτλ. ἢ ante ἱεροσυλίας, quod om. pr. 𝔄 et Tub. recipere non vult (l. l. p. 139). Idem 70, 10 (94, B) πότερον συγχωροῦσαν τοῖς κατὰ τοῖς σῶμα πάθεσιν ἢ καὶ ἐναντιουμένην; (sic omnes codd. praeter 𝔄 Tub., qui ἢ καὶ om., et omnes editt.) in omnium archetypo interpolationem (συγχωροῦσαν) fuisse statuere mavult quam a Bodleiani Tubingensisque librario peccatum esse (l. l. p. 150). 51, 3 (80) ἐννοεῖς οὖν, ἔφη, ὅτι, ἐπειδὰν ἀποθάνῃ ὁ ἄνθρωπος, τὸ μὲν ὁρατὸν αὐτοῦ [σῶμα quod *β ξ*, vel τὸ σῶμα, quod *α* addit, glossema esse ipsa hac familiarum discrepantia probatur] καὶ ἐν ὁρατῷ κείμενον, ὃ δὴ νεκρὸν καλοῦμεν ᾧ προσήκει διαλύεσθαι καὶ διαπίπτειν καὶ διαπνεῖσθαι, οὐκ εὐθὺς τούτων οὐδὲν πέπονθεν, ἀλλ' ἐπιεικῶς συχνὸν ἐπιμένει χρόνον. In his primum ὅτι deesse posse evincere studet, „nam notum est locutionem ὁρᾷς, pro qua variationis causa hic ponitur ἐννοεῖς, et cum ὡς vel ὅτι et sine ὡς vel ὅτι adhibitam esse“. Eo autem, quod ὁρᾷς sine ὡς vel ὅτι ponitur, ἐννοεῖν quoque ita poni posse minime probatur. Quid vero „variationis causa“ voce ἐννοεῖν pro ὁρᾶν Platonem h. l. usum esse dicit, non intellego; neque enim in iis quae praecedunt neque in iis quae sequuntur, ὁρᾷς legitur. Praeterea voces καὶ διαπνεῖσθαι quas om. pr. 𝔄Π Tub. „unde petierit interpolator“ nescire se confitetur. Nisi Bodleiani admiratio animi eius aciem praestrinxisset, ex Stobaeo, Eusebio (Theodoreto) didicisset, iam in illo libro, qui ad florilegium, quo illi utebantur, componendum adhibitus est, et hoc καὶ διαπνεῖσθαι et illud ὅτι et illud ᾖ (118, 19) fuisse. Cum hoc igitur et familia *β* et *ξ* has voces retinebimus, eademque vitio in Bodl. Tubing. Venet. archetypo intercidisse eas putabimus, quo 24, 5 (67, D) vocem ψυχῆς intercidisse largitur (l. l. p. 151). Idem de aliis eorum locorum, quos p. 151 et 152 tractavit, statuere non dubitamus, sed accuratius eos tractare longum est.

Exempla prolata sufficere mihi videntur, ut ne optimos quidem familiae *α* libros multis variisque vitiis vacare probetur. Quod cum ita sit, non possumus, quin improbemus Schanzii sententiam, qui l. l. p. 131 „Tubingensem et Clark. I. m. nobis in Phaedone exhibendo solos duces esse debere“ censet. In Phaedone, ut in ceteris dialogis, utraque familia ad verba Platonis refingenda adhibenda est.

Paucis iam, quae Cratyli et Phaedonis exemplo usi de codicibus ad Platonis verba in integrum restituenda recte adhibendis nobis visa sunt, colligamus. Tres sunt codicum ad sex priores tetralogias collatorum familiae, *α*, *β*, *ξ*. — Tertia *ξ* ita est comparata, ut, quoties altera utra reliquarum, quod verum videatur, praebeat, ea abstineamus. — Familiae *α* et *β* ex duobus unius archetypi apographis originem duxerunt, quorum uterque multis variisque vitiis erat affectus. — Harum duarum familiarum scripturae (quales vel omnes

vel optimi utriusque codices praebent) si diversae sunt, utri obsequendum sit e nexu sententiarum, Platonis dicendi genere, artis palaeographicae rationibus diiudicandum est. Quod si minus certe diiudicari posse videatur, non liquere libere fatendum est. Si non liquere dicere non licet, e. g. si quis Platonem edere vult, ubi altera utra tantum recipi potest, ita eam recipiat oportet, ut alterius si ullo modo fieri potest (in adnotatt. simm.) mentionem facere non omittat.

Similem artis criticae rationem, atque ego in Platonis dialogis, Rehdantz in Demosthenis orationibus sequendam esse docuit Zeitschr. f. Gymnw. 1863, 667 seqq., ubi contra eos pugnat, qui in Demosthene Parisino Σ omnia, ceteris nihil tribuunt. Cum hoc homine docto ita me consentire, ut, quae de Parisino Demosthenis dixerit, omnia fere in Bodleianum quoque eique cognatos ΔΠ Tub. cadant, admodum gaudeo. Liceat igitur pauca ex iis afferre p. 676: Soviel steht heute fest: „die neuere Kritik war in vollem Recht, als sie diese Handschrift als Norm hinstellte, um die Interpolationen der übrigen fortzuschaffen, aber sie hat unterlassen mit gleicher Energie die übrigen codices (i. e. in Platone fam. β) heranzuziehen, um die Interpolationen in Σ zu erkennen und fortzuschaffen“. . . . p. 682: „Kritik aus sog. inneren Gründen bewegt sich unter beständigem Hader widerstreitender Gesichtspunkte; was Wunder, dass der hin und her gezerrte Geist kampfesmüde die äussere Schranke ergreift und festhält, deren Festigkeit er schon erprobt hat und welche er, weil sie die einzige war, schliesslich mit einer fatalistischen Legitimität umkleidet. Leider hat diese Solidität keine Handschrift aus dem Alterthum.“ Si denique probasse se opinatur, „dass unsere Kritik über den Parisinus hinaus kommen kann“, de Parisino dicit, quod in Bodleianum quadrare ego hac disputatiuncula ostendere volui. Postquam ita, quae sint codicum genera et, quomodo recte ad Platonis verba restituenda adhibenda sint, demonstravi, restat ut, cui singuli libri adnumerandi sint, demonstrem, et si qui eiusdem familiae artiore quodam cognationis vinculo contineantur, quaeram. Quae quod in initio commentationis non accuratius tractaverim, certe scio esse, qui mirati sint. Nec iniuria. Sed quominus de omnibus codicibus ad quam quisque familiam pertineret, exponerem magnum eorum numerum me prohibuisse dixi. Vetustissimos et optimos cuiusque familiae nosse satis est, quibus qui in singulis dialogis accedant deteriores, facili opera quivis inveniet. Quominus autem, qua ratione singuli eiusdem familiae codices inter se cognati essent, accuratius exponerem, obstabat, quod — quae est nostra codicum notitia — quod satis certum esset de hac re me proferre posse desperabam[1]). Nam et

1) [Recte nos ita iudicasse luculentissime eo demonstratur, quod Schanz (Studien p. 51) Vaticanum ΔΘ e Bodleiano descriptum esse docuit, quod nemo umquam ex iis, quae adhuc exstabant, collationibus

multi ad singulos tantum dialogos collati sunt, et qui ad omnes, quos continent, collati sunt, ne eorum quidem collationibus tanta fides est habenda, ut at hanc rem diiudicandam sufficiant. Accedit, quod neque, quae editores de codicibus collatis narrant, nec, quae in bibliothecarum, in quibus asservantur, catalogis impressis inveni, ita sunt comparata, ut ex iis de codicum propagatione certi quidquam concludere liceat. Ne autem non satis in hanc rem inquisivisse videar, nonnulla de codicum cognatione h. l. addam, quae et scire iuvat et demonstrabunt, quam difficile sit ex iis, quae adhuc de libris manuscriptis cognovimus, varia eorum fata cognoscere.

Familia β in duas discedit partes Pariss. BCEF Flor. ac etc. et Venet Λ, Pariss. ΙΧ Flor. b (et i?). Codices ΛΙΧ lacunam magnam in Cratylo 96, 3 Κράτυλε — 119, 3 μανθάνειν habere adnotat Bekker. Cum autem saepissime cum his consentire vidissem Florentinum b, suspicio mihi orta est hunc idem contraxisse damnum. Qua de re quod Stallbaumius nihil dicit, id huic suspicioni adversari mihi non videbatur, quod eum vel eos potius, quorum collationes imprimendas curavit lacunas tales silentio texisse non raro observaveram. Reliquum erat quaerere, num quid ex silentio eius ad suspicionem meam confirmandam colligi posset. Accuratius igitur lectiones, quas ad hanc Cratyli partem Stallbaumius collegit perscrutatus inveni saepissime quidem commemorari Florr. aci, codicem b vero, qui in aliis huius dialogi partibus ceterisque dialogis his assentiri solet, toto hoc spatio commemoratum non repperi nisi bis 436, A et 437, A. Quibus duobus locis suspicionem meam magis augeri quam refelli ratus, ut et de Stallbaumii fide et de codicum horum cognatione certior fierem, a carissimo meo Th. Meyero, quem cum aliquamdiu in Italia versatum esse scirem, quodcumque peteret ab iis quos illic amicos sibi reliquisset, facile impetraturum esse mihi constabat, rogavi, ut eorum aliquem, ut codicem inspiceret, commoveret. Nec frustra rogavi. Has enim litteras non multo post ab amico Pisa sibi allatas mecum communicavit:

„Ecco qui trascritto, quanto il Dr. don Niccola Anziani assistente al Bibliotecario della Laurenziana risponde al quesito del tuo amico. „Fatti i debiti riscontri fra il cod. Laurenziano segn. Plut LXXXV num 6. coll' edizione Aldina 1513 dell' opere di Platone, ritrovasi, che il tratto compreso fra il v. 1 della pag. 86 di detta edizione e il v. 34 della pag. 91[1]) manca affatto nel codice. Però nel margine vi ha una postilla di mano diversa e piu recente, che nota il difetto conqueste parole = ἐνταῦθα λείπει πολύ =“. A queste pocche parole con una seconda lettera pochi giorni dopo aggiungeva: „Mi preme di completare la risposta, che detti in fretta, prima che si chiudesse la Biblioteca. Dissi che il passo mancava nel codice an-

probare poterat. (Coniectura, ut videtur, idem assecutus est Cobet Mnem. IX, 339 „Bodleianus quique ex eo fluxerunt Vaticanus et Marcianus“.)]

1) 96,3 — 119,3 ed. Bekk.

tico, ma non solo manca, ma non vi è neppure traccia che vi esistesse in passato. Di fatti le parole, che immediatamente precedono, e quelle, che immediatamente seguono il noto brano, si succedono regolarmente senza spazio, come in un discorso continuato. Resta perciò di necessità escluso il caso che vi potesse essere una volta e mancasse poi per qualche carta perduta. Il difetto rilevasi solamente dalla postilla segnata in margine, scritta in inchiostro diverso e *probabilmente* di mano posteriore. Si potrebbe perciò argomentare che così fosse il testo dell' essemplare, da cui fu trascritto".

His litteris primum codices Λ I X Flor. b ex eodem libro descriptos esse declaratur, tum autem, quantum iis collationibus, quae Stallbaum in editione Weigeliana publicavit tribuendum sit exemplo satis luculento cognosci potest. — Codices I (saec. XVI., ut in catalogo mss. biblioth. reg. testatur) et X, quem Bekkerus in codicum conspectu (vol. I p. X) nescio quo errore Phaedonem continere dicit, (saec. XVI.) recentiores sunt, quam quibus quidquam tribuas. Restant igitur Venet Λ, quem in Marcianis catalogis impressis commemoratum non vidi, et longe horum optimus Flor. b (saec. XII. teste Bandinio). — Alterius huius familiae β partis longe optimus est Paris B (saec. XIII.). Parisinum C ex eo descriptum esse suspicor. Idem an de Florr. a (saec. XIV.) et c („omnium, quotquot in Laurentiana delitescunt Platonis exemplaria, nitidissimus" saec. XIII.) statuam, nescio. Parisino E (saec. XIV. ineunt.), cuius apographum videtur F (saec. XIV.) Stephanus usus est[1]).

Iam ad eos codices transeamus, quos familiae ξ nomine initio signavimus: Venet. Σ, Ξ, Vindob. Y, Zittav. (saec. XIV.?). Cur hos h. l. iterum commemoraverim, ea est causa, quod de codicum Σ et Ξ cognatione aliquid afferre non supervacaneum videbatur, non id quidem meum et novum, sed pervetustum et doctioris hominis. Legimus enim in libro hominibus doctis, ut videtur, paene ignoto, „Jacopi Morelli bibliothecae regiae Divi Marci Venetiarum custodis manuscripta graeca et latina tom. I (unic.) Bassani MDCCCII" quae sequuntur: p. 107 ad cod. CLXXXIV (= Ξ Bekk.) „Platonis opera omnia ut Ioannes Rhosus Cretensis, cuius character perspectus mihi iam est, in codice hoc, litteris aureis picturisque ornato describeret, Bessario pro mirifico suo in philosophum studio curavit. Licet magno cum studio munere suo functus Rhosus fuerit, non tamen sine errore fecit, at recensitus postea textus est et in margine tum ab eo tum a Bessarione emendatus. Ex cod. Marciano CLXXXVI sumptus idem est, praeterquam quoad dialogos de Republica, qui ex uno eodemque fonte cum codice CLXXXVII manasse videntur et dialogos de legibus, qui ex cod. CLXXXVIII descripti sunt" etc. — p. 110 ad cod. CLXXXVI (saec. XV.), Platonis dialogos omnes except.

1) Quod Peipers Quaest. critt. in Plat. legg. p. 3 Stephanum codice Ξ usum esse putat, errat; ex hoc codice Aldina petita est.

de republ. et de legib. adiecto Timaeo de anima mundi continentem: „Platonis textus maxima ex parte de cod. CLXXXVIIII sumptus est, ac proinde Convivii, Gorgiae et Phaedonis loca in eo erasa librarius praetermisit, at Bessario ea postea adiecit; qui quidem cum textum totum varia manu exaratum recensuerit, glossas atque annotationes passim adscripserit, hoc praesertim codice ad Platonis philosophiam addiscendam usus fuisse videtur“ etc. — p. 113 ad cod. CLXXXVIIII (saec. XII.) Platonis dialogos exeptis de republ. et de legibus continentem (= Σ Bekk.): „De exemplari admodum vetere tum ex indiciis aliis tum ex ἰῶτα ubique adscripto manasse hoc videtur. In convivio loca quaedam erasa videre est, in quibus aut impudicum amorem aut fati vim aut simile quidpiam Platonem probasse audax quidam reprehensor putavit. Sic nimirum est Tom. III p. 178 b ed. Henr. Steph. τίμιον, ἧ δ᾽ ὅς .... πρεσβύτατος δὲ ὤν. pag. 180 d ἡ μέν γέ που πρεσβυτέρα .... ἣν δὴ καὶ οὐρανίαν ἐπονομάζομεν. ἣ δὲ νεωτέρα .... ἣ δὴ πάνδημον καλοῦμεν. pag. 181 C ἡ τῆς ἑτέρας ... ὁ δὲ τῆς οὐρανίας ... ἔστιν οὗτος ὁ τῶν παίδων ἔρως. pag. 195 C ὡς ἔρως ... ἀρχαιότατός ἐστιν. ἀλλά φημι νεώτατον αὐτὸν εἶναι θεῶν καὶ αἰεὶ νέον ... νέος μὲν οὖν ἔστι. p. 197 b αἴσχει γὰρ οὐκ ἔνεστι ἔρως .... οὕτως ἐμοὶ δοκεῖ. In Gorg. itidem Tom. I p. 523 a ἃ μέλλω λέγειν ... ἦν γὰρ νόμος ὅδε. p. 523 b τούτων δὲ δικασταὶ ... ζῶντες ἦσαν. Et in Phaedone abrasis de animarum transmigratione in bestiarum corpora dictis Tom. I p. 81 ἐνδοῦνται δὲ, ὥσπερ εἰκὸς .... ἄλλῳ ἢ τῷ φιλομαθεῖ. Scholia uberrime adiecta sunt, quae iam reperiri solent, in cod. CLXXXIV translata“ etc. — His nihil habeo, quod addam, nisi hoc exemplo demonstrari, fieri posse, ut e codice lacunoso originem ducat non lacunosus.

In familia *α*, ut hanc quoque tangam, Florentinus de Vaticano videtur descriptus esse.
